



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

TRIHAERESIVM,

SEV

DE CELEBER-  
RIMIS TRIBVS, APVD  
IVDÆOS, PHARISÆORVM,

SADDVCÆORVM, ET  
ESSENORVM. SECTIS.

AD VARIOIS VTRIVSQUE TESTAMENTI,  
veterumq; Scriptorum locos intelligendum: & ad nupero  
Io. Drusij DE HASIDÆIS libello  
respondendum.

LIBRI TRES.


*Auctore*  
NICOLAO SERARIO Societatis  
Iasv, S. S Theologiz Doctore, ac in  
ACADEMIA MOGVNTINA  
Professore.



Cum Cesareo Priuilegio, Superiorumq; concessu.

MOGVNTIAE,  
E Balthasaris Lippij Typographo.

ANNO M. DCIV. Digitized by Google



C *Rux, pinus, montes, rota, mitra, corona, pedumq;  
Virtuti, PRINCEPS, debita signatae:  
Tu cruce si figes mitramq;, rotasq;, pedumq;;  
Pinea de patrio monte corona Tua est.*



REVERENDIS-  
SIMO ET ILLVSTRIS-  
SIMO PRINCIPI AC DOMINO  
D. IOANNI SCHWICHARDO  
sacrae Moguntinæ sedis Archiepisco-  
po electo, sacri Romani Imperij per  
Germaniam Archicancellario,  
PRINCIPI ELECTORI,  
&c. Domino suo cle-  
mentissimo.

Olen, Reuerendissime &  
Illustrissime PRINCEPS  
ac DOMINE, qui ab Dei  
Ecclesia discesserūt, in Ca-  
tholicis carpere ac vellicare omnia, et-  
iam minutissima, planeq; Gramma-  
tica, & puerilia. Opinantur enim, si  
paruis in rebus videri queant littera-  
ratores, se in magnis etiam visum

## P R A E F A T I O.

iri doctiores: & si in Grammaticis errare potentur Catholici, eosdem erroris quoq; in Theologicis damnandos. Sic magnum olim Ecclesie Doctorem S. Augustinum reprehendebat litterator hæreticus, quod, contra Latinæ linguae inflexiones, Donatistas potius quam Donatianos diceret: quod comparatiuo propositiuo gradu, una in vocula, usus esset. Sunt nimurum hi persimiles delicatulo illi adolescenti, qui, ut à Cicerone scriptum; cum scalmum in littore ambulans reperisset, nauem idcirco ædificare concipiuit. Quod enim ad magna nauis ædificationem scalmus unus est, hoc ad maximarum diuinarumque rerum cognitionem exigua quedam: unius alteriusve vocabuli peritia. Similes rursum sunt, ait S. Augustinus, qui in magnis ista reprehendit.

Lib. 2. contra Crescen-  
tium c. 1.

lib. 3. c. 72. l.  
4. c. 55.

I. de claris  
orat.

lib. 22. con-  
tra Faustū  
c. 24.

P R A E F A T I O.

hendūt, pueris imperitis in scho-  
 la, qui cum pro magno didice-  
 rint, nomini numeri singularis  
 verbum numeri singularis esse  
 reddendum, reprehendunt La-  
 tinæ lingue doctissimum auto-  
 rem, quia dixit, *Pars in frusta se-*  
*cant.* Debuit enim inquiunt di-  
 cere, *secat.* Et quia norunt reli-  
 gionem dici, culpant cum, quia  
 dixit, *Relligione patrum.* Nostro si-  
 militer isto tempore, quam multa be-  
 ne, grauiter, & doctè scriptores vſu  
 terunt Ecclesiastici, quæ nouis imbu-  
 ti opinionibus Grammaticuli quidam  
 superciliosus, audaciaque magna, teme-  
 ritate ac inscitia non minore subsan-  
 nant? Notavi iam alicubi eos, qui I E-  
 s u M Saluatorem aſternantur, Ser. <sup>l. i de Ios.</sup>  
 uatorem tantum volunt: qui non  
 Agnus Dei, ſed Agne Dei tantum <sup>l. de Lita-  
niis n. 4.</sup>

( 3 ) canunt.

## P R A E F A T I O.

canunt. Nuper verò etiam è Frisia &  
 Hollandia prodierunt, quibus displi-  
 cent, qui sc̄ris in Bibliis sunt Asi-  
 dæi, qui in vetustis Patribus Esseni:  
 & omnino iubent ac imperant, ut  
 tam loquendo quam scribendo Has-  
 dæi vel Alchidæi, & Hesseni vel  
 Hessæi appellantur. Qui sanè, quia  
 in tenui laborest, tenuis quoque  
 gloria C H R I S T I, viderentur ne-  
 gligendi, nisi & ipsorum, & aliorum  
 interesset, illorum compesci arrogan-  
 tiam. Sedulò, ait laudatus ante a S.  
 Augustinus, monendi sunt Gram-  
 matici, vt humilitate induiti  
 Christiana, discant non conte-  
 mnere, quos cognouerint mo-  
 rum vitia, quam verborum am-  
 plius deuitare. Nihil enim peius,  
 ait Quintilianus, iis, qui parum a-  
 liquid vltra primas litteras pro-  
 gressi,

P R A E F A T I O .

gressi, falsam sibi scientię persua-  
ſionem induerunt. Nam & cre-  
decē præcipiēdi peritis indignā-  
tur, & velut iure quōdam pote-  
ſtatis , quo fere hoc hominū  
genus intumescit, imperiosi at-  
que interim ſæuientes ſtultitiam  
ſuam perdocent. *Vnde & propa-  
lam eos argui aliorum etiam , uti di-  
cebam, interest. ne dum, per id genus  
titivilitia , nimiam apud illos excel-  
lentioris doctrinæ opinionem litterio-  
nes colligunt , magnum etiam nescio  
quid in Religione ac Theologia sapere,  
neque perperām , aut immerito Eccle-  
ſiam, priſcosque Patres contemnere ac  
irridere censeantur. Ac idcirco de Do-* Locis circa  
tin.  
*natistarum nominis flexione , de  
gradibus comparationis diligē-  
ter ac litteratè Grammatico Cresconio  
respondere dignatus non est grauiſ-*  
simus

P R A E F A T I O.

simus sanctissimusque Doctor B. Augustinus. quem quadam tenus ut imitarer, Io. Drusio de Hasidæis disserenti meam hanc de Iudaicis sectis dissercionē opposui. præsertim quod grates, quæsitu, scituque non indignæ reseam in disputationem incurrerent, prout subiuncta capitum indicat Syn-  
*In ipsius lib. opsis: & quod à suis ille iam vocare-  
questionum  
Ebr. tur,*

Phœnix & sol hominum eruditiorum, qui

Recludit abdita, & latetia eruit,  
Videtq; visa nemini.

Prius fuere, quæq; visa nemini,  
Videnda præbet omnibus.

Istud autem quidquid opella mea est  
ut C E L S I T V D I N I T Y A Reuerendissime & Illustrissime ANTISTITES  
inscriberem, fecerunt causæ partim il-  
læ ipſæ, quas nudi usqueptimus, cum po-  
stridie-

P R A E F A T I O.

Stridie felicis Tuæ ad amplissimā istam  
Dignitatem electionis, Tibi, nostro in  
templo, tam meo, quam Collegarum  
omnium nomine, gratularer, attigit  
partim verò etiam aliæ. in quibus &  
illud solenne sacramentum est, quod  
erga CELS. TVAM fidei, obsequiique  
sui præstant hodie MOGVNTINI Ci-  
ues Tui. Nam & ego meum, meorum-  
que erga eandem CELS. TVAM officiū,  
debitamq; obseruatiā deferre gestie-  
bam: eidemq; per istos veluti anteam-  
bulones libellos, spondere alios quinq;  
quos de Moguntiniis rebus, ad piā  
verèque Christianam Reuerendis. &  
Illustriss. piæ memoriae Decessoris Tui  
Iо. ADAMI mortem usque, non ita  
pridem collegi: demum verò etiam in-  
nuere; annis ab hinc pñè LX. illa ipsa <sup>anno cœd</sup>  
<sup>10</sup> nocte, que præfinitū faustæ ELECTIO- <sup>xlvii.</sup>  
NI TVÆ diem consecuta est; Luthe- <sup>d. xvii. Feb.</sup>

rum,

## P R A E F A T I O.

Lib. 2. de  
Lutheri  
Magistro  
c. 9.

LXXX. 6. 4.

Epi. 64.

rum, cœnatum opimè ac pastū, subita  
improuisaq; morte, hinc sublatum di-  
minitus: ut omen videatur, in omniū  
à summo Pastore CHRISTO IESV cura  
TVÆ Pastorali commissarum ouium  
animis, illum, per TE, deinceps emori-  
turum. eamq; ad rē ascribo, quod Car-  
thaginensi quondam Episcopo scripsit  
meus ille antea nominatus sanctus  
Pater & Doctor: Precibus quan-  
tum valemus, incumbimus, vt  
gregem tibi commissum tecum  
Dominus sustinere dignetur,  
nec te vspiam deserere: sed ades-  
se adiutor in oportunitatibus,  
faciens cu[m] Ecclesia sua miseri-  
cordiā per sacerdotium Tuum,  
quale spiritales viri vt faciat, la-  
chrymis cum gemitibusque in-  
terpellant. Moguntiæ ex Archie-  
piscopali Tuo Societatis IESV Colle-

gio

P R A E F A T I O .

gio postridie Antiochenæ S. PETRICA-  
tbedra, Anno Domini CIC CI CIV.

Reuerendissimæ &  
Illustriss. CELS. TVÆ

seruus indigniss.

Nic. Serarius.

LIBR O -

LIBRORVM DE SE-  
CTIS IVDAICIS CAPITA.

*Lib. I. Capita, X.*

- I. Libri huius occasio, inscriptio,  
partitio pag. 1.  
II. De hæresis ac sectæ nominibus. 2  
III. Num tres Iudeorum sectæ sint 4.  
IV. An non hisce tribus Iudeorum  
sectæ plures? . . . . 6.  
V. Quomodo, ab tantarum sectarū  
Iudaicarum numero, consti-  
tutus earum non adobruatur  
ternarius? . . . . 9.  
VI. An Machabæorum tempore iam  
fuerint sectæ istæ tres? 17.  
VII. An initio sectæ tantum duæ fue-  
rint? . . . . 18.  
VIII. An binas tantum sectas Gorio-  
nides adstruat Iosephus? 21  
IX. Assuerante Iudeorū sectas tres  
Iosepho Flaujo, si duas tātum  
asscereret Gorionides, vtrī es-  
set potius credendum? 26.  
X. An de eodem Iudaicarum secta-  
rum numero Hebræa Gorio-  
nidæ verba paucula recte cō-  
uerterit Io. Drusius? 34

*Lib.*

*Lib. II. Capita XXIX.*

- I. Pharisæorum nomen 39  
II. Ex qua tribu & familia, ordine  
ac loco Pharisæi erant? 43.  
III. Quæ Pharisæorum vel dogmata  
vel instituta? 45.  
IV. An Pharisæorum dogmata, vel  
instituta omnia mala? 79.  
V. An Pharisæi omnes mali? 89.  
VI. Quomodo Pharisæos super Ca-  
thedra Moysis sedétes, audire  
iussit Christus Dominus, &  
ab eorū tamē ferméto seu do-  
ctrina cœwendū monuerit? 93  
VII. An iudei Sapientes, Legisperi-  
ti, Scribæ, Pharisæi? 104.  
VIII. An dum Matthæi cap. 5. toties  
ait Dominus, *Ego autem dico*  
*vobis*, Pharisæicas veteris legis  
interpretationes corrigat, an  
verò ipsi potius veteri legi ad-  
dat aliquid, eāq; perficiat? 108  
IX. An in Mosaicę Synagogę statu,  
hæretici verè fuerint Phari-  
sæi? 117  
X. An per Pharisæos Catholici, an  
verò Lutherani, Caluiniani,  
simi-

- niani, similisq; farinæ alii  
significantur? 120.
- XI. Quādo cœperūt Pharisæi? 122
- XII. Pharisæicæ iectæ autor q;s? 124
- XIII. Quę Pharisæorū autoritas 129
- XIV. Quibus vel de honestamétis,  
vel cladibus interdum af-  
fecti Pharisæi? 130.
- XV. Quis Pharisæorū vestitus? 134
- XVI. An adhuc hodie sint Phari-  
sæi? 135.
- XVII. Veterū quorundā Pharisæo-  
rū, vel gnomæ vel apoph-  
thegmata 135.
- XVIII. De Sadducæorū nomine. 139
- XIX. Quisnam Sadoc, Sadducæo-  
rum cōditor & parens? 141
- XX. Quomodo enata Sadducæo-  
rum secta? 144
- XXI. Quæ Sadducæorum dogma-  
ta & instituta? 145
- XXII. An Sadducæi Samaritani? 153
- XXIII. Sadducæi an Dōsitheani? 156
- XXIV. An Mosaica stante Synagoga,  
verè heretici Sadducæi? 156
- XXV. Quando cœperunt Saddu-  
cæi? 160
- XXVI. An ad nostram æstatem usq;;

- Sadducæorum aliqui de-  
uenerint? 168
- XXVII.** Quæ Sadducæorum vel ad-  
uersæ vel prosperæ res? 162
- XXVIII.** An Iudæorū Pontifices ma-  
ximi aliquando Sadducæi  
fuerint? 165
- XXIX.** Sintne Sadducæorū apoph-  
thegmata, vel gnomæ ali-  
quæ? 171

*Lib. III. Capita XX.*

- I. De Essenorum nomine 172
- II. Quæ istarum de Essenorum  
nomine cōiecturarum ma-  
ximè probabilis? 179
- III. Quomodo Essenorum nomē  
scribendum? 191
- IV. Quæ Essenorū dogmata vel  
instituta? 199
- V. An verè, in Mosaica lege, fue-  
rint heretici Esseni? 226
- VI. An Esseni Pharisæi? 230
- VII. Hesseni an Hasidæi? 232
- VIII. Esseni an Nazarei 244
- IX. Esseni an Rechabitæ? & quan-  
do illi cœperint? 245
- X. Possintne Esseni Monachorū,  
alio-

- aliorū Christianorū Reli-  
giosorū inchoatores & ex-  
emplaria quædā cēseri? 261
- XI. Supersuntne aliqui nūc Esse-  
ni? 263. (lo? 265)
- XII. De Essenis vbinā scribat Phi-
- XIII. An de īisdem Essenis loquar-  
tur Philo, & suprà citatus  
Iosephus Flauius? 266
- XIV. Philonis ex Apologia, de Pra-  
cticis, seu Cœnobitis Esse-  
nis verba. 271
- XV. Alia eiusdem Philonis de iis-  
dē Practicis, seu Cœnobitis  
Essenis, ex libro, de viri p-  
bi libertate, verba. 275
- XVI. De Theoreticis Essenis, quæ  
in libro de vita cōtempla-  
tiua idem Philo. 281 (294)
- XVII. An Esseni fuerint Christiani?
- XVIII. Argumentorū, quibus è Chri-  
stianorum numero extur-  
bari videantur Esseni, dis-  
olutio. 305
- XIX. Q̄e nonnullis aliis circa Esse-  
nos quæstiunculis. 318
- XX. An lo. Drusius, hereticus? 336

LIBER



# LIBER PRIMVS DE SECTIS IVDAICIS,

## CAPVT I.

*Libri huius occasio, inscriptio, partitio.*

SUPERIORIB<sup>E</sup> Autumnali L. *Onof.*  
Francofurtehiū mercatu; mi-  
hi quasi è conuiuio apophore-  
tum, mercem Batauam attu-  
lit Amicus. Ea erat Io. Drus<sup>s</sup>  
*de Hafideis* libellus, in quo pauculorū è mul-  
tis, quæ in Machabæorum Commentario,  
quatuor ab hinc annis, de illis notāram; re-  
prehensio. Quia verò, qui reprehensionem,  
seu, vt cum Græcis vertit interpres noster,  
*Promerb. 12.*  
*μεταριθμ-*  
*xus, ἀρρω-*  
qui increpationes odit, insipiens est, fuit mihi  
sanè illa non ingrata. Et quia non magna de-  
re, sed pæne tota de vnico Iosephi Gorio-  
nidæ verbulo, deque syllabæ vnius scriptiū-  
cula erat, silentio videbatur dissimulanda,  
neque Reprehensori laureolæ inuidendum  
mustaceolum. Verum quia iniusta, & ab fidei  
Catholicæ aduersario ea est, veritati visum  
patrocinari, neq; in minutula etiam re pati;

A vt

**De Sectjs Iudaicis,**  
vt gloriari meritò possit Nouator. Ad lecto-  
res tamen fructus, & utilitatis plus vt redu-  
daret, maius quiddam institui, vt de celeber-  
rimarum quondam apud Iudeos sectarum,  
quarum vel in sacris Testamenti noui tabulis,  
vel in priscis bonpisque auctoribus celeberrima  
mentio; genere toto differerem. quæ quia  
**2. Inscriptio.** tres monstrabuntur postea, idcirco, **TRIHE-  
RESIVM**, scriptiunculam hanc inscripti, eo  
modo ac formula, qua Trihorium dixit olim  
non malus loquendi Magister Ausonius. A-  
gam porro de illis, primò quidem viuersè,  
tum verò de singulis ordine, ita vt libri sint  
tres. quorum primus vniuersam illam dispu-  
tationem complectatur; particularem verò  
duo reliqui.

### C A P V T . I I .

#### *De Hæresi ac Secta nominibus.*

**A** Beligēdo dicitur apud Græcos *hæresis*.  
quod nimis certam sibi aut septen-  
di, aut viuendi formam, cui aliarum optio  
est, deligat aliquis. Est vero nomen id medi-  
um, quod & in bonam, & in malam partem  
sumitur. In bonam, dixit in Paradoxorum  
præfatione Tullius: *Cato perfectus mea sententia*  
*Stoicus, in ea hæresi est, que nullum sequitur flo-*  
*rem orationis.* S. Paulus Actorum 26. versus 23.  
*τινὶ ἀπίστατιν αἴρεσθαι μετέχεις θρονεῖς εἰς -*  
*οὐ πιστὸς;* id est, secundum certissimam sectam  
nostram

*Hæresi bo-  
na.*

*nostra religionis vixi Phariseus.* Et sic librum de  
Hæresibus scripsit Galenus, aliumque Hip-  
pobotus: suum etiam procœmum Laërtius  
Diogenes, in quo Philosophorum hæreses  
decem numerat: Et, apud eundem, in præ-  
claris olim reponebatur, si quis in aliqua esset  
hæresi, adeo ut contenderent Philosopho-  
rum aliqui, Pyrrhoneos hæresim non habe-  
re; ij verò contrà se pertenderent habere. Sed  
apud Christianos, ex S. Paulo Galat. 5. versu  
20. 2. Petri 2. versu 1. malam fere in partem id  
nominis accipitur, & quidem vel pro doctrina  
quapiam falsa, impia, & quæ ab Eccle-  
sia, tanquam talis, damnata, vel pro homini-  
nis, qui eam pertinaciter tuetur, ac retinet  
vitio, vel denique pro ipsa, qui doctrinæ tali  
pertinaciter adhærent, hominum multitu-  
dine, qui hæretici appellantur, interdum et-  
iam apud S. Epiphaniūm hæreticiæ, ac hæreti-  
cæ, licet in bonam similiter partem, eadem  
ista quandoque, ut ex Iosepho clarum; acci-  
piantur. Par apud Latinos de secta ratio est, *secta bona.*  
Nam bona secta est, de qua citato c. 26. A.  
Etuum noster Apostolus, de qua in Verrino  
quinto Tullius: *Horum nos hominum sectam, at-  
que institutum persequimur.* Et in claris orato-  
ribus: *Bruçus ex vetere Academia Philosophorum  
sectam secutus est.* Sicque alibi saepius. Mala est,  
de qua Galat. 5. versu 20. *Manifesta sunt opera Secta mala.*  
*carnis, que sunt, fornicatio, & missis aliis, rixa.*

A 2 diffen-

4 Dī Sectis Iudaicis,  
dissensiones, secta. 2. Petri 2. versu 1. Magistri  
mendaces, qui introducunt sectas perditio-  
nis. Tullianus Brutus Epist. 3. Hostes omnes iu-  
dicati, qui Marci Antonij sectam securi sunt. Ne-  
que dispar apud Hebræos ipsorum chelakim,  
& chelakoth usus, quæ nomina partes, diui-  
siones, atque sectiones designant, ut ex So-  
phoniae 3. versu 9. & ex Hebræis scriptoribus  
intelligitur: deteriorem tamen hæresim sem-  
per significat minutus, huiusque Sectatores  
vox minim. Quando autem Trihæresium ap-  
pello, aut Iudaicarum sectarum generatinæ  
numerum persequor, non alterutram, sed  
utramque significationem includo: postea  
cum ad sectas singulas ventum fuerit, dispu-  
taturus, an malæ, seu an hodierno nostro  
loquendi modo, verè sint hæreses.

### C A P V T III.

#### N u m t r e s I u d a o r u m S e c t a s i n t ?

Iudæorum sectas esse tres crebro admo-  
dum docet Flavius Iosephus, has nimirum,  
Phariseorum, Sadducæorum, & Essenorū.  
Nam lib. 2. Capt. c. 12. Τείτω δὲ Ιudeois τινα  
φιλοσοφεῖται. καὶ τὸ μὲν αἵρετον φαρισαῖς. Φέσσοις Σαδ-  
δυκοῖς τείτον, οὐδὲν καὶ δοκεῖ συμφότητα αὐτοῖς, Εσ-  
σειωὶ φιλεῖται, id est, Tria hominum genera apud  
Iudeos philosophantur. & unius quidem generis af-  
seclas sunt Pharisei, alterius vero Sadduci. Ter-  
tium

tium verò, quod etiam sane vitam exercere seue-  
 riorem existimatur, Esseni vocantur, seu, ut ver-  
 tere maluit Ruffinus, Tertium verò, quod etiam  
 probabilius habetur, Esseni colunt. In vitæ autem  
 suæ principio idem Iosephus: Τρεῖς τοὺς παρ-  
 ἄμυν αἰγάλεοις. Φαειδίων δὲ ἡ πρώτη, καὶ Σαδδε-  
 κιῶν ἡ δεύτερη, τείτη δὲ ἡ Εσλων. Sic & lib.  
 13. Antiq. cap. 9. 18. lib. 15. cap. 13. lib. 18. cap.  
 2. Vnde & de ipso S. Hieronymus lib. 2. ad-  
 uerlus Iouinianum; Iosephus, ait, in secundo Iu-  
 daicæ captiuitatis historia, & in octauodecimo  
 Antiquitatum libro, & contra Apionem duobus  
 voluminibus tria describit dogmata Iudaorum,  
 Phariseos, Sadduceos, Essenos. Eundemque se-  
 etarum istarum ternionem tradunt è vetu-  
 stioribus, Theophylactus in Actuum Apo-  
 sto. caput 22. Παρὰ Ιudeois τρεῖς αἰγάλεοις γνι-  
 κοῦ, Φαειδίους, Σαδδεκίους, Εσλων. OEcumenius  
 in eundem locum: Tres apud Iudeos sectæ  
 erant in genere, nempe Pharisei, Sadducei, &  
 Esseni. Photius in Bibliotheca, & ante istos  
 omnes S. Chrysostomus in Actus Apost. ho-  
 milia 44. Erecentioribus verò, & quidem  
 Catholicis, Tostatus Abulensis in Matth. c.  
 3. q. 63. cap. 23. q. 12. Cælius Rhodiginus lib.  
 5. c. 9. alij: ex hereticis verò, Phil. Melanch-  
 thon lib. 2. Chron. & Illyricus in Acto-  
 rum caput 4. vt interim  
 alios omit-  
 tam.

6 DE SECTIS IUDAICIS,  
CAPUT IV.

*An non hisce tribus Iudaorum  
sectæ plures?*

Secta 4.

**Q**uartam Herodis Regis, aut Tyranni potius, & eius, qui ei successit, filij Archelaus tempore narrat idem Iosephus lib. 2. Capt. c. 12. exortam apud Iudeos factionem. Negabat ea, oportere his viros, præter Deum unum, esse Dominos, cum, ut illi apud S. Ioannem c. 8. v. 33. gloriaretur, *Semen Abraham sumus, & nemini seruumus unquam.* Negabat ea propter etiam, ullum à Iudea gente Romanis pendendum tributum. Hanc autem sectam fuisse à tribus, quas superiori cap. nobis ipse recte fuit Iosephus, diuersam, cum res ipsa non obscurè loquitur, tamen verò ipsem et Iosephus, cum, eodem loco, sectam huius auctorem Iudam ait Galilaeum, & subiungit: οὐδὲν ἔτι οὐδεὶς ιδίας αἵρεσις, μόνον τοῖς ἄλλοις περισσοτέρας: id est, Erat verò hic secta propria, Sophista, re nulla categoris similis. Et multò cum clarius, tum copiosius lib. 18. Antiq. c. 1. Iudas χ. Σάδδους τέ περιορ φιλοσοφίαν επεισακέν πρῶτη γε σχῆμα. Et c. 2. τῇ περιήργῃ τοῦ φιλοσοφῶν ὁ γαλιλαῖος Ιudas ἡγεμὼν κατέστη. Tertullianus vero lib. de præscriptionibus c. 45. similiter enumerat Iudaismi hæreticos quatuor, sed alios, Dositheum scilicet Samaritanum, Sadducos, Pharisæos, Herodiana-

rodianos. Hunc Tertulliani calculum, & pñè ipsa eius verba secutus est libro contra Luciferianos D. Hieronymus. Eusebius lib. 4 hist. c. 22. in Græco, ex Hegesippo septen- Sedea 7.  
 rium facit numerum. Apud Augustodunensem Honorium, & Rabanum nostrum lib. 2. de Clericorum Instit. c. 58. earundem sectarum numerus ad octo usque augescit: eaque sic nominantur: *Pharisei, Sadducæi, Efneistæ, Marbonenses vel Marbonei, Genista, Mætisæi, Samaritani, & Hemerobaptistæ*. At S. Epiphanius li. i. sectas enumerat XI. quarū quatuor Samaritanorum sint, & Iudæorum septem. Nam diuiduntur ab eo illi in Essenos, Sebouæos, Gorthenos, & Dositheos: hi verò in Sadducæos, Grammateas seu Scribas, Pharisæos, Hemerobaptistas, Nasaræos, Esfenos, & Herodianos. S. Epiphanio adhæter lib. de Hæresibus D. Ioannés Damascenus, nisi quod in eo mendosè scribantur *Iebussæi*, pro quibus à Pamelio in citatum Tertulliani locum male reponuntur *Nebuæi*, cum Græcè in Epiphanio vocentur *σεβαζοι*. Philastrius verò multo longiorem in suo de Hæresibus libro texit Catalogum, quo, ante Christi Domini aduentum, Sectæ recensentur duodecim. Sedea 28.

- 1. Ophitæ, seu Serpentini.
- 2. Caiani.
- 3. Sethiani.

A 4 4. Dosi-

4. Dosithei.
5. Sadducæ.
6. Pharisæi.
7. Samaritani.
8. Nazaræi.
9. Esseni.
10. Heliognosti, Solicolæ.
11. Batracholatræ.
12. Myolatræ, seu Musoritæ.
13. Myiolatræ Muscicolæ.
14. Troglodytæ vide 22.
15. Fortunicolæ.
16. Baalitæ.
17. Astaritæ & Remphanitæ.
18. Molochitæ.
19. Tophetitæ.
20. Puteoritæ.
21. Chalchophitæ.
22. Subterranei.
23. Thamuzitæ.
24. Belitæ.
25. Bahalitæ aut Baalamitæ.
26. Phytonissæi.
27. Astarothitæ.
28. Herodiani.

*Sed et plures.*

Quin verò alii etiam plures adiiciendi videntur. Nam Ioannes Leo in descriptionis Africæ lib. 2. de monte Demensara narrans fol. 49. Innumeræ, ait, hic reperiuntur Iudæi, qui sub principe aliquo stipendia metent, suntque continuo  
in ar-

in armis. Hi à ceteris Iudeis Africanis heretici reputantur, dicti quod sunt eorum lingua Carraum, vel potius Caraim, id est, Lectionarii, Scripturarii, Textuarii: Nam solum scripturæ, quam sacram iudicant, textum admittunt, omnibus omnium reie&is interpretationibus, ut tradit in Thisbi Elias voce, Tsadok, & voce Kara. Tantopere siquidem ab his alii abhorrent Iudei, ut eos non modo connubiis, sed ne colloquiis quidem dignentur, prout inter plures Iudeorum Synagogas, quæ Peræ, seu Constantinopoli sunt, videre est in una istorum Caraim, quæ ibidem sola est. Quid Rechabite Ieremiz 35? Quid celebrati totius Nazarei? Quid Cinæi Iud. 1? Quid Celicole, de quibus Iustinianus Codicis lib. 1. 9. tit. &c Moreh. Nebuchim parte 3. cap. 30? Quid Afidae, de quibus 1. Machab. 2. versu 42. c. 7. versu 13. lib. 2. Mach. c. 14. versu 6.? Quid illi denique; Tubieni, de quibus 2. Machab. 12. ver. 17.? Nam h*i*, ait lib. 6. de emend. temporum Scaliger ab illis alijs. Ecce igitur amplius pronecta quam 35. Sectæ Iudaicæ.

## CAP V.T

*Quomodo, ab tanto Sectarum Iudaicarum numero, constitutas earum non adobruiatur ternarius?*

**S**I, ut solitus responderem Drusio, mihi propositum esset, nihil profecto esset, cur

A S dere

de retinendo quem cap. 3. afferui sectarum Iudaicarū ternario, laborarem. Quo enim maior harum esset numerus, eo magis obrueretur Drusius, dum, ut infrā dicam; earum tantummodo binarium vult. Verum quia hunc etiam quantulumcunque laborem & veritati, & lectorum utilitati opto militare, conabor paucis, quomodo statutus ille ternio stet, enucleare: neque in eo, quod dici solet, minorē in maiore semper inesse numerum; pueroruī ludam more, qui, quot orationis partes sint, interrogati, si duas aut tres dixerint, & octo esse doceantur, respondēt, si octo sunt; etiam duas esse, aut tres.

I.  
*Sectimob. sermiones ad scelerum dominum superius.* Ac primò quidem illud tenerendum; non omnem impiorum, ac scelerorum hominum impietatem, ac scelus, hæresim recte appellari; eaque propter, ex XXVIII. quas referebat Philastrius, minimum octodecim ab hac enumeratione arcendas. Nam Heliognosti, & qui deinceps ordine sequuntur omnes solis exceptis ultimis, Herodianis scilicet, idololatris fuerunt, non hæretici, prout ex iis ipsis, quæ de iis memorizæ prodidit idem Philastrius perspicuum. Similiter etiam cælicolæ, siue Iudæi, siue Christiani fuerint, quod à Baronio tomo 1. & 5. disputatur, hinc eliminandi, aliquique omnes, de quibus Thalmud in Habodah Zarah.

II. Dum de Iudaicarum hæreseon numero-

to agitur, eæ solæ spectantur, quæ ante Christum Dominum fuerunt. ideoque hinc Herodiani, & illi qui mortalibus Dominis tributū, obsequiumque negabant, quiq; postea Gaulonitæ, Zelotæ, aut S. carii vocati sunt, de quibus in Iudaico bello tammulta Iosephus, & non nihil citatis locis D. Chrysostomus, Oecumenius, Theophylact<sup>9</sup>, omnino remouedi, fortassis etiam tres illi apud Philastrii primi, Ophitæ, Caiani, Sethiani. Nam hos in hæresibus post Christum Dominum enatis collocant Tertull. præscript. c. 47. D. Epiphanius hæresi 37. 38. 36. S. August. lib. de hæresibus, hæresi 17. 18. 19. Damascenus, Epiphanius Seccator & alii.

III. Ad Iudaicas etiam sectas propriè non pertinent Samaritani, quia ut explicat S. Epiphanius ante hæresin 9. ij erant illis Babylonia Cuthæi, Emathæi, Auæi, & Sepharuaimitæ, de quibus 4. Reg. 17. v. 24. & 41. licet eos ille appelle *χαθαις*, *κυδαις*, *οιτηρευεαις*, *καλαγαραις*: rursusq; ii, qui se ad eos ita è Iudeis postea contulerunt Alexandri Magni tempore, vt non iam in vetere, Catholicisq; Hierosolymorum templo, sed in novo suo Garizitano sacrificaret, prout idem è contrario indicat S. Epiphanius hæresi 14. quæ Sadducæorum est. Quāuis enim, qui ad illos è Iudeis transfugiebat, neq; idola tamē colebat, verè hoc ipso hæretici

tici fuerint, quòd neq; diuinos libros omnes, neq; ullus eorū interpretationes admitterét, in Iudaicarū tamen Sectarum numerū à Iosepho illi non referuntur, quòd vel genere Iudæi non essent, vel si essent, à Iudaico tamē templo sese diuulsissent. Nouit eos aliquin optimè Iosephus, eosque lib. 12. c. 7. ait, quando Iudæorum res florebant, horum se cognatos & fratres dixisse: quando autem variis premebantur calamitatibus, eorundē se aduersarios & hostes profiteri solitos. Et de ipsis Garizitano templo agit lib. 13. c. vltimo. Sicigitur, qui in Epiphaniō & Damasceno sunt è Samaritis Esseni, (de alio Esseñorum genere dicam postea) Sebouzi, Gortheni & Dosithei nobis iam sepanendi.

4. IV. Ea, quæ in aliqua politia vel religione. Deique cultu stata sunt, vel officia, vel instituta, non sunt in Sectarum numero propriā ponenda: ideoque hinc remouendi Scribæ ac Legisperiti, de quibus postea, itenique Nazaræ illi, qui sese vel ad tempus, vel in perpetuum Deo dicabant. Idemque de Nathinazis apud Esdram nominatis iudicium.

5. V. Solent interdum Sectæ ab Scriptoribus varias in partes dissepari minutius, & ex aliquo vel dogmatum, vel vitæ institutorum, discrimine, nouam veluti Sectam architectari. E contrario autem, minutioribus quibusdam præteritis, genera ipsa, perseqūntur alii. Videre

Videre id est, in hodiernis Germaniæ nostræ  
Sectis, quæ dum cōciduntur diligenter, an-  
non milleformes? Qui summa tamen earū  
perstringunt capita, Lutheranos tantum no-  
minant, Calvinianos, Schyvenckfeldianos,  
Anabaptistas, Arianos. Sic igitur Iudeorum  
hæreses dinumerat S. Epiphanius septem:  
Iosephus tantum tres. Sed hæ tres ut indi-  
catis locis exposuerūt Theophylactus & Oe-  
cumenius ~~quæcumque~~ sunt, id est, generales, ac  
principiæ, aliæ magis particulares, & genera-  
libus illis veluti affixæ. Sic septem Pharisæo-  
rum ordines, aut classes faciunt Thalmudi-  
ci tractātu Sutah. c. 3. fol. 22. qui meri tamen  
potius hypocritæ sunt, nimirū Pharisæus Schi-  
chmi, Nikphar, Cizai, Medoukia, Mahchobathi,  
Veescheneb, Mehaiebah, Mirah. Ad eosdem Pha-  
risæos & Sadducæos pertinent Nasaræi, in-  
ter virtuosq; quasi medii, vel virtutumque po-  
tius participes, nisi quodd neque usquam sa-  
crificarent, neque victimarum carnes vllas,  
imò neq; animatorum quidquam comedisse  
vellent, vt hæresi 18. testatur S. Epiphanius.  
Eodem modo astringi possent quaternæ,  
quæ Samariitis attributæ. Et ipsi de quibus  
suprà; Caraim ad Sadducæos ab eo reuocá-  
tur, qui librò 2. de Eñend. temporum scri-  
psit: *Sunt isti, Caraim de reliquijs veterum Sad-  
duceorum.* Et ante hunc Elias in Thisbi, voce  
*Tsadok* dicens: *Bilshonromi Korin Lahem Tsad-*  
fol. 144  
*dusæe,*

dusset, id est, in lingua Romana vocant eos ( qui Caraim ) Saduceos. Eademque ista ratione Hasidæi ad Essenos à me alias revocati lib. i. Machab. c. 7. quatuor argumentis: ab Dru-  
sho autem ad Pharisæos, vnicō, eo que leuissi-  
mo argumentulo, de quo infrà. Idemque di-  
cē de Tubienis potest, de quibus in Macha-  
bæorum Harmonia dixi, si quidem sectam  
quāpiam ii effi- er- nt. Mihi tamen proba-  
bilius est, Tubienos Iudæos vocari, qui in  
terra Tob habitearent, de qua Iudicum ii. v.  
g. & s. lib. 2. Reg. c. 10. versu 6. & 10. i. Macha-  
bæor. s. veriu 13. Etsi enim Tubieni verti pos-  
sunt si μαργίτη, eo modo, quo in Actuum  
Apostolorum inscriptione Syriaca vocantur  
Scheliche Toubune, id est, Apostoli beati, minus  
tamen commodum est, vt p̄c̄cisè ac simpli-  
citer, viuentium aliqui vocentur beati. Vera  
Solonis vox quam verū illigauit P̄p̄ta :

Nemo beatus.

*Ante obitum dici, supremaque funera debet.*

*Neue putas, inquit alius, alium sapiente, bonoq;  
beatum.*

Fieri tamen potuit, vt vel ab vnius alicuius  
aut Principis, aut celebrati viri bonitate, sic  
uti apud Laertium in Proœmio Philosophi  
quidam οὐδὲ δέσποιντες εὐδαιμονοί. aut à terræ  
ipsius vbertate ac felicitate ductū initio fue-  
rit id nominis, quemadmodum apud Ptole-  
mæum Geographiæ lib. 6. dicitur η Αραβία εὐ-  
δάμως, Arabia felix.

V L.

VI. Vna eademque interdum secta, pro locorum, temporum, aliarumque circumstatiarum quarundam varietate, pluribus insignitur nominibus. Qui hodie sunt Calviniſtæ, olim dicti fuerunt Berengariati, & Prædestinatiani. Qui in Germania sunt Calviniani, in Gallia sunt Hugenotti. Et qui Lutherani, Martinistæ. In religiosorum etiam ordinib. quanta huiusmodi nominum cōpia, Cinæo, igitur, & Reehabitas, & Eſenios quodammodo eosdem esse docui cap. i. Iudicū: neque huius me adhuc sententia pœnituit, de qua pōst.

VII. Noua interdum & diuersa ſectarum, quarundam nomina nō magnis ex cauſis finguntur, vel iam olim ficta deprauantur. Cur enim apud Honorium & Rabanum Geniſta? Geniſta, inquit iste, dicti, eo quod de genere Abraham esse gloriāntur. Nam cum in Babyloniam venisset populus Dei, plerique relinquentes uxores suas, Babylonicas mulierib[us] adhaſerunt. quidam Israelicis tantum coniugiis contenti, vel ex eis geniti, dum reuersi effent de Babyloniam, diuiserunt ſe ab omni populo, & affumperunt ſibi hoc nomen iactantia. Sed vetustiorum quis tale vñquam nomē cudit? iactantiae quis accusauit? iſtiusmodi ſecessionis caſam quis improbavit? Sanè non Eldras lib. i. c. 9. & 10. non Nehemias lib. Eldræ 2. c. 13. verſu 23. & ſequenti bus. Quid Eſnæ? Nonne fædo cū mendo, Eſnæ? Quid Mardo-

Marbonci? nonne Sebouzi, vel Dositheis?  
 Nam Marbonai, ait idē Rabanus, dicunt ipsi  
*esse Christum, qui docuit illos in omni re Sabbati-*  
*zare.* Dositheum verò Christum esse arbit-  
 trati sunt apud Origenem nonnulli homil.  
 28. in S. Lucam, seque ille Christum esse doc-  
 uit, ut ex eodem Origen. tract. 2. S. Matth.  
 lib. 2. contra Celsum, & in c. 4. S. Ioannis,  
 infrā iterum erit notandum. Demum quid  
 Merisei, aut Meristei? Sic, ait idem, appellatis  
*eo quodd separant scripturas, non credentes omnibus*  
*Prophetis, dicentes alijs & alii spiritib. Prophetasse.*  
*Mis̄enim Gracē, latīnē pars dicitur.* Ad tales  
 sunt omnes è Samaritarum hæresibus omni-  
 bus. Quin & Hæretici omnes possent Mer-  
 iei aut Meristei vocari: cum, ut c. 3. dictum est,  
 vnum aliquod corpus dividant, partesque  
 faciant. Neque aberrarit fortasse admodū,  
 qui Meristos istos ex eo factos putat, quod  
 post Samaritanorū hæreses in Græco S. Epi-  
 pha, textu sequitur *Iudeisμος λοιπὸν μετρίς.*  
 Eusebius l. 4. hist. c. 22. de hæresibus omnibus  
*ἐμέσος, ait, τὸν ἔρασιν οὐκ ξελόντας.* Manet igitur  
 è tanta Sectarū, quæ inter Iudeos versata  
 videtur, multitudine, tres et tantum-  
 modo, quæ capite 3. traditæ, fue-  
 runt, Pharisæorum, Saddu-  
 cæorum, & Ess-  
 norum.

## CAPUT VI.

*An Machabaorum tempore iam fuerint  
Secta ista tres?*

**F**uit Ioannes Hyrcanus post Machabæos; Filius eiusq; Pontificatus & Principatus successor, quemadmodū in Machabæorum Harmonia monstrauit. An huius verò iam tempore fuerint Hesæti, dubitat in sui de Hasidæis libelli Appendice c. 4. Drusius. Quia verò in Appendix huius principio, Pergam. pag. 58. ait, *bene mereri de Serrario: imitabor ego agros fertiles, qui, vti ait, Tullius, multò plus afferrant, quam acceperunt.* Nam vt segregis Drusii erga me Catholicum, &c, quemadmodum subinde loquitur, Iesuitam; meritum, quod vel ironiam vel ~~κακηνοείαν~~ putent alii: optimè, candidissimeque interpreter, certe præter verba dedit nihil. Ego verò, non vt illi, qui de scipis aiunt, *Res dare pro rebus, pro verbis verba soleamus:* verba reddam, sed res dabo, dubitationeque ipsum libertabo. Nam clare Iosephus lib. 18. Antiq. cap. 2. Iudæois φιλοσοφίαι τρεῖς οἵτινες εἰν τῷ πάρερχον αἴρεται τοις. Quid εἰν τῷ πάρερχον? Non ab antiquo? non à vetere memoria? non à prisca patriorum institutorum temporibus? Et quid adiunctum intendi ad uerbum εἰν τῷ πάρερχον αἴρεται? non à valde antiquo? non à penitus vetere memoria? non

aprisci omnino temporibus? sed locum adhuc luculentiorem do Drusio, è lib. 13. c. 9. κατὰ τὸν χρόνον τῶν τεσταί αἱρέσεις τῷ Ιουδαϊσμῷ ἦσαν. Quid est κατὰ τὸν χρόνον τῶν τεσταί? Nonne hoc ipso tempore; seu circa hoc ipsum tempus? At quod tempus? Id sancte, quo Machabæus Ionathas Spartam legatos, literasq; misit, ab hisque vicissim accepit. Nam post rei huius narratam historiam, è vestigio subiungit: Hoc autem ipso tempore tres erant Iudeorum sectæ, hasque statim nominat, Phariseorum, Sadduceorum, Essenorum. Quin igitur Machabæorum temporibus istæ sectæ fuerint, ambiguntur non potest.

## CAPUT VII.

*An initio secta tantum duas fuerint?*

ILLUD, ait, Drusius pag. 58. liquet ex historia, initio tantum duas sectas fuisse. Si de me, si de lectori antiquitatis, veritatisque cupido mereri bene, uti prætefers, vis, in Drusii age vel unum nomina Historicum, qui hoc affirmet. unum aliquem, vel Hebræum, vel Græcum, Latinumve scriptorem, in quo istud legi possit, nobis ede. Cur tacuisti? Cur in minutioribus, minusque necessariis rebus, tam facundus, in hac, quæ magnus opinatio nis tuæ tibicen & fulcrum esse potuit, adeo es mutus, clinguis, intestabilis? Nimirum nullus tibi suppe-

suppeditabat: nullus qui hocasseueraret, abs te lectus vel auditus; Et tamen, *Liquet*, aīs. Si hoc non est liquidè fumos vendere, cucurbitam pingere, lectorem ludum habere, quid quælo est? Si ad sectas posse duas reuocari eārum ternionem dixisses, fuisset, ex iis, quæ ante disserrui, tolerabile, si ex ratio cinatione duas affirmasses fuisse; posset quadantenus audiri, quia cum ab uno disceditur, ad binarium prius quam ad ternarium, vel alium quemcunq; numerum venitur. Si non *initio*, sed vel præcipue, vel deniq; alio quoquo modo duas vel fuisse vel esse velles, pateret aliquis excusationi locus. Nam possent forte inueniri, qui vel ita loquerentur, vel ab ea certè loquendi ratione haud multum abhorret, ut exempli causa Siganus, qui lib. 5. de Repub. Hebr. c. 11. ita loquitur. *Ex his (hæresibus Iudæorū) omnib. præcipue floruere ante Christi aduentū Pharisæi & Sadducae in eandēq; forte sententiam trahi posset Drusianus, de quo paulò post; Götteronides.* At nun longe aliter pronūciasti: *ex historia liquere dixisti, duas tantū initio sectas fuisse.* Vellé porro etiā, quodnam initiū illud esset, quo duæ tantummodo fuisserint, exposuisses. Nam earū esse peruetustam triadē, disertè nobis antea narrauit Iosephus, adeo ut illud ἐν τριάδι φαντάσαις, ita olim verterit Ruffinius: *Iudeis Philosophie tres erant, iam inde ab initio institutis patriis derelictæ, Esse norum.*

norum, Sàdducæorù, & tertia, qua phioso-  
phabantur, qui dicebantur Pharisei. Et in  
Geneuenis, quæ tui similibus gravior est, edi-  
tione recentior Interpret̄: Iudei patrie sapien-  
tia studiosi iam inde A M V L T I S R E T R O S È C V-  
L I S in tres sectas erant diuisi. Sed cum de singu-  
larum exortu dicam, erunt hæc de initio isto  
planiora. Gradum tamen hinc non faciam,  
nisi de S. Hieronymi meute monuero cum  
in Matth. vigesimū secundū scribit: Due ha-  
reses erāt in Iudeis, una Pharisæorū, altera Sad-  
ducæorum. Neque enim cum Drusio ait is, Du-  
tantū hæreses erant in Iudæis. Deinde esto.  
adiiciamus istud tantū sancti illius verbis.  
Quam enim particulam S. Paulo bis Rom. 3.  
v. 20. & 28. adiecit Lutherus, quidni & S. Hie-  
ronymo semel duntaxat adiicere possit Drusius?  
Dicat igitur S. Hieronymus, duas tantū  
in Iudæis hæreses fuisse, nihil Drusio tamen  
suffragabitur. Loquitur enim de tempore,  
quo cū Pharisæis & Sadducæis disputabat  
Christus Dominus. At sectam iam tunc ter-  
tiam fuisse vult Drusius fol. 58. & 62. Deinde  
ideo Essenos præterit S. Hieronymus, quia,  
ut alia inferiùs disputatione monstrandum;  
ad Christianā illos disciplinam reuocat li-  
bentias. Quin & Herodianos, quos in secta-  
rum numero reponunt S. Epiphanius, Phi-  
lastrius, alii, quorūq; illo ipso c. 22. v. 16. me-  
minit S. Matthæus, exclusos idē Sanctus vo-  
luit

Iux<sup>t</sup>a quod Herodis milites; à cultuq; diuino alienos existimaret. Sed potro iā gradiamur.

## CAPUT VIII.

*An binas tantum Iudaicas sectas Gorionides astruas Iosephus?*

**E**s hæc potissima de qua mecum litigat  
Io. Drusius, controuersia. Nam in mea  
Machabæorum Harmonia, tres à Gorioni-  
de Iosepho, sectas dixeram astrui, duasq; ci-  
taram Hebraicas editiones. Basileensem lib.  
4. c. 6. Cracoviensem eodem lib. 4. cap. 29. p. 28.  
Drusius verò: Mens, ait, Gorionidis refugit, qui  
duas tantum ibi sectas commemorat, unam Saddu-  
ceorum, quorum partes Samaritani sequebantur,  
& aliam Hasidaorum, sive Pharisæorum, quos pa-  
pulus sectabatur. Ut autem hanc Gorionis filio  
mentem tribuat, primo quidem meam He-  
bræorum è cap. illo 29. verborum latinam  
conuersionem arguit pag. 27. 28. 46. 63. dein-  
de duo pro se argumenta exstruit: Vnum, Po-  
pulus non sequebatur Hessæos, sed Pharisæ-  
os. Alterum, Pharisæi apud Iudeos primi erāt.  
Ego contrà, primò Hebræa verba, cum mea,  
ipsiusq; interpretatione, Lectori sub oculos  
ponam: deinde tamen ipsi Gorionidæ, quæ ve-  
ritati magis meam consentaneam probabo.  
I. Verba agitur Gorionidæ sunt, *Vehache sidim Lebaddam him Habam habolech ac berehem, lechel ek ac ber.* Mea horum versio in citato Ma-

Fol. 706.  
708.

B 3 cha-

chabzorum loco pag 708. fuit hæc. Et Hafidai sciundi ab istis ( videlicet iam enumeratis Pharisæis & Sadducæis) cum populo, qui eos sequebatur, secta aliam constituant. Drusiana vero versio pag 46. est hæc: Et p[ro]p[ter]e illi siue Hafidai soli cum populo, qui sequebatur eos, pars altera.

*Defensio  
Drusij.*

*Defensio  
Serario.*

II. Quid in mea igitur culpa? versione Drusius? Hoc scilicet, quod Lebaddam verterim, sciundi ab istis, cum vertendū fuisset, soli: Serario, inquit, pag. 7. in sua Præfat. imposuit, ut videtur particula lebaddam nō recte intellecta. At, quoad sententiam, idem sanè valet utrumq;. Nā qui soli sunt, iij ab aliis sciundi sunt. Et in sermone aliquo, si de pluribus antea mentio fuerit, & postea nominentur aliqui antea nō nominati, hiq; dicantur soli aliquid facere, nōne hoc ipsum ab iis, qui nominati prius fuerunt, sciundi faciunt? Philosophantium genera sunt Physici, qui naturam scrutantur: Dialectici, qui quemadmodū ex uno aliud recte aut secus colligatur, considerant: Et Ethici soli de vitiis & virtutibus disserūt, hominumq; mores conformat. Quid hoc soli Ethici? Nunquid Ethici ab aliis antea nominatis sciundi? Ethici, inquā, seorsim ab iisdem illis? Quod in Hebræo & Græco est, de agnis solis Genes. 21. versu 28. hoc ita expressit vetustus Interpres noster: statuit Abraham septem agnos gregis seorsum. Et vers. 29. dixit Abimelech. Quid sibi volunt septem agna ista, quas stare fecisti seorsum? Genes. 43. versu 32.

Ponito

Ponite panes, quibus appositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus, AEgyptiis quoq; qui vescebantur simul, seorsum sederunt coram eo. Et 2. Reg. 10. vers. 8 Ammonitarum contra Davidem exercitus constabat ex Ammonitis ipsis, & Syris mercenariis. Illi aciem suam ad urbis suæ portam instruxerunt: hi verò ab illis seiuncti, suā in campo. Hoc quod Syros solos fecisse, ait Hebræus & Græcus, à nostro sic veriatur: *Syrus Soba, & Rohob, & Istob, & Maacha seorsum erant in campo.* Quia verò vetus veteris Interpretis vinum, suo saepe nouarum versionum musto posthabent Nouatores, recentissimos eorum de hisce iā citatis locis affero Interpretes, Iunium, ac Tremelliū, qui sic: statuerat Abraham septem agnas gregis seorsim. *Quamobrem Abimelech Abraham dixit, Quorū isthic septem agnæ istæ, quas statuisti seorsim?* Apponite cibum. itaq; apposuerunt ei seorsim, & illis seorsim. AEgyptiis verò comedentibus apud eum seorsim. Egressi Hammonitæ instruxerūt acie ad ostium portæ: Syri verò Thobæ, & Rechobi & viri Tobi ac Mahacæ seorsim erant in agro. Si vertissem igitur, & Hasidæi seorsim ab istis ( videlicet iam annumeratis Pharisæis & Sadducæis ) sectā aliam cōstituunt, num errasse? At Hasidæi seorsim ab istis, & Hasidæi seiuncti ab istis qua, q̄sō re differunt? Illa igitur, quæ mihi pa. 27. & 28. oggerit, verba Gorionidis non intellexisti: malè interpretatus es: Erras suauiter in particula Lebaddam; & similia; in

B 4 ipsum

ipsum regeriverius nonne possunt? Præterea verò, duas perspicuè sectas, Phariseorum scilicet ac Sadducæorum antea posuerat Gorionides, tumque postea sic insit: *Et Hasidæi lebbaddam cum populo, qui post eos ibat; pars alia sunt.* At non signatè satis tertiam hoc sectam designat? Nam ut allatum suprà exemplum retineam; si quis duo illa Philosophorum genera enumerasset, Physicos & Dialecticos, idemque statim subderet: *Et Ethici lebaddam cū auditoribus suis genus aliud sunt;* esse tñne cuiquam obscurum, tertiam hic eorum, qui philosopharentur, partem constitui? Neque per Hasidæos rectè profecto possumus, quod fingit Drusius; in his Gorionidæ verbis intelligere Phariseos, quemadmodum neque in superiori exemplo Physicos per Ethicos: huicque ipsi rei firmandæ bonum suggerit ipsem Gorionides argumentum, & quidem in hoc ipso, de quo lis, capite. Cum enim per *Israelis sapientes* accipi vellet *Pharisaos*, id ipsum diligenter monuit, semelque ac iterum explicauit. Nam ut eius capit is nouam, quæ à Drusio facta est, sectionem sequar, numero 3. sic ait: *Sedebat Rex in mensa cum sapientibus hi, sunt Pharisei.* Et numero statim secuto 4. *Rex dixit sapientibus, hoc est, Pharisaos.* Cur, modo igitur simili, non dixisset: *Et Hasidæi, hi sunt Pharisei:* vel, *Hasidæi, hoc est, Pharisaos.* (Nam licet hisce due-

duobus loquendi modis vtatur Drusius, in Hebræo tamen vnicus est, *hemmah happeruschim*) cur hanc, inquam, similēmve aliam quamlibet explicationem non adhibuisset? Cur ne semel quidem, neque in hoc, neque alio vicino vlo capite? imò ne in toto quidem opere, quod tamen bene longis libris quinque in Basileensi editione, sex verò in Cracouiensi cōstat? An dubitari magis ab vlo poterat, quinam essent Israelis sapientes, quā qui Hasidæi? Ecce inter nos ipsos hodie illud omnino indubium, hoc autem adhuc in dubio. nisi forte, dicis, vt aiunt, causâ, lites de re penitus liquida Serario serit Drusius. quem tamen, pacis & concordiæ causâ, non ad Prætorum tribunal, sed ad eorum, quos ipsi diligere libuit, arbitrium: hac etiam vna ratione voco. Vel Gorionides duas tantum Iudæorum sectas esse vult: vel non. Si vult, pugnat cum Iosepho Flauio. Si non, tecum. Aut si malit hoc Drusius paulò explicari pluribus; Sic ego, inquam. Vel Gorionides Iudæorum tres sectas asseuerat, vel duas tantum quidem nominat, sed tertiam non negat: vel duas tantum nominat, & tertiam simul negat. Si primum, pro me est Gorionides. Si secundum, contra me non est. Si tertium, est ille quidem contra me: Sed pro me contra eum Iosephus alter suprà cap. 3. citatus. At meā quidem causâ tantos inter se vi-

*Concordes  
inter se Iosephus.*

B. s. ros

ros committi, rixari, & præliari nolim. neque si sapiat, suâ etiam causâ, velit ipse Drusius. quin potius fateamur quod res est, ambo : duobus hisce Iosephis optimè hac de quæstione inter ipsos conuenire: vtrumque sectas tres nominare, ac numerare, neque repugnare alterum alteri. Hoc enim & ipsius Gorionidæ textui magis, prout hactenus probauit ; consentaneum, & auctorum auctoritati.

## CAPUT IX.

*Affuerante Iudaorum sectas tres Iosepho Flauio, si duas tantum asserteret Gorionides, veri esset potius credendum?*

**N**Vlla quidem inter hosce duos Iosephos de Iudaicarum sectarum numero pugna est. in ternario conspirat, & consonat, ut superiore cap. monstratum, vterq;. Quia tamen bellum fortasse inter eos, quam suscepitæ semel opinionis immutationem maulit Drusius, illud nunc ostendam, si, quod non faciunt; hi inter se duo pugnarent Iosephi, ad Flauium nobis potius, quam ad Gorionidem accedendum. Primiò enim Flauij ipsius Iosephi omnibus, qui velmodica litterarum, historiarumque cognitione tincti sunt, notissima, sacerulum, nomen, genus, vita totius institu-

stitutum, res domi, forisque gestæ. Fuit enim, <sup>Iosephus</sup>  
 cum staret adhuc Hierosolyma: capi eam vi, <sup>Flavium no-</sup>  
 & suo cum templo ab Vespasiano & Tito in- <sup>risor & illu-</sup>  
 cendi conspexit. postq; incensam hæc, eorum- <sup>erior quam</sup>  
 dem temporibus, libros de captiuitate Iu-  
 daica, tandemque anno Domitianæ, qui illius  
 filius, huius frater; tertiodecimo, ipsa Iudaicæ  
**Antiquitatis** viginti volumina conscripsit.  
 Nomen vero eius tam est, semperque fuit il-  
 lustre, ut Iosephum si quis citet, alium præ-  
 ter hunc intelligat nemo. Genus ipsi & mu-  
 nus, sacerdotale. Vitam à puerō in variis vir-  
 tutum, litterarumque studiis posuit; pro pa-  
 tria diu arma gessit: tandemque in Roma-  
 norum venit potestatem, prout omnia hæc  
 denarrat ipse in sua ipsius vita, & libro 20.  
**Antiquit. capit. vltimo. itemque lib. i. contra Apionem.** Iam auctoritas ei tanta, vt pro-  
 pria Imperatoris Titi manu approbati, ab  
 Agrippa Rege laudati, & in Bibliothecam  
 publicam relati eius Commentarij Romæ  
 fuerint, vt id ipsum in vita legere est, ibi-  
 demque ob ingenij gloriam statua ipse dig-  
 natus est, quemadmodum à D. Hierony-  
 mo in Catalogo memoriarum proditum, à quo  
 etiam in libello ad Eustachium de custodia  
 virginitatis, *Gracus Liuius* appellatur. De Go-  
 rionide autem Iosepho quid simile? Omnia  
 in eo, & de eo perobscura. veterum Latino-  
 rum, aut Græcorum eius meminit nemo.  
 Nasci-

*Quis Iosephus Gorionis natus, epis. suo quadruplices.*

1.

Nescitur quando scripsit, ubi vixerit, quid egerit, qualis fuerit. Et ego quidem in Kilianicis Notis meis, notatione s. pag. 24. triples hominum de ipso sensus indicaui, quibus quartum nunc addo. *Primus*, eundem esse cum ipso Iosepho Flauio. Ita enim sentiunt Rabbini quidam, ut Radar, quinetiam à Pagnieo citatur in voce *Mesech*: & hodierni ferre Notatores, Munsterus Praefat. in ipsum, Fagius in *Eliæ Thisbi* versione, ubi de IESV, Lepusculus Praefationne in Iosephi eiusdem compendium. Hi enim duo, nobilissimum, ac illustrissimum illud de IESV CHRISTO Dominu & Saluatore nostro testimoniu, quod Flauio Iosepho tribuunt D. Hieronymus in Catalogo, Eusebius lib. i. histor. c. 22. quod in Graeco eius textu etiamnum hodie legitur li. 18. c. 4. quod in Hebreæ etiam eiusdem versione fuit, sed ab impiis Iudeis in Codicibus nonnullis abrasum Romæ compertum scribit Reuerendissimus Baronius Tom. i. Annalium, hoc, inquam, testimonium ascribut illi Iosepho Gorionis filio, sed Matthiæ filius fuit Flauius Ioseph. ut in vita sua scribit principio, non Gorionis filius: neque usquæ Hebrewæ quidquam scripsisse legitur, sed Graecæ omnia. Et alius fuit ipsius tempore Iosephus Gorionis filius, in Iudaicis etiam contra Romanos factionibus Dux non vulgaris, Hierosolymitanæ cum Sacerdotum Principe Anano

**A**nano urbi Præfctus, prout de ipso ipsem nec  
narrat noster Flauius lib. 2. Cap. c. 42. Est igitur  
alter hominum sensus, hunc ipsum ab Iosepho Flauio memoratum Iosephum, esse He-  
braicæ auctorem historiæ. Sicq; οὐλέοντος & æ-  
quales forent duo isti Iosephi. Videtur id sa-  
ne Genebrardo lib. 3. Chronol. placere, ne-  
que absq; causa. Nam & Iudæi Gorioniden  
istum per antiquum statuunt: Et ipsem affir-  
mat lib. 5. c. 25. se Hierosolymitanum templū  
ab Hetode Rege constructum oculis suis a-  
spexisse; post illatum tamen à Romanis exci-  
diū scripsisse. Cum enim dixisset, fuisse tē-  
pli atriorum portas XII. pergit in verba hæc:  
*In his erat una magna porta, qua introiuimus una  
cum mulieribus nostris, & paruulis nostris, & li-  
gnis nostris (aspicit ad τὸ ξυλοφοεῖα festum, de  
quo Iosephus alter lib. 2. c. 31.) sed cum sancti-  
tate ac puritate ingressi sumus illud templum, &  
introeuntes, & venientes super pavimentum, quod  
est in atrio ante vestibulum, quod ante faciem do-  
mus (Domini) & venimus ad vestibulum usque,  
exceptis tantummodo fœminis, quæ ad illud non  
veniebant: & nos ad ipsam domum non accedeba-  
mus, quia Sacerdotum locus est: & ipsi etiam Sa-  
cerdotes non accedebant ad sanctum sanctorum, sed  
tantummodo Sacerdos magnus semel in anno. Ve-  
rum tamen omne quod in domo est, videbamus cum  
staremus in vestibulo illis diebus, omne scilicet opus  
aureum, quod in domo erat, cum esset ipsius dominus*

2.

*aperta.*

aperta porta versus atrium. Visa est & vitis, que aurea est, & omne aureum opus, quod in domo, & aurea omnia ornamenta, qua suspenderat ad templi parietem Rex, spolia scilicet gentium, quas Dominus in eius manum seu potestatem dederat. Et vidimus (hæc scilicet spolia) & gauis sumus. Qui hæc loquitur, nonne cum Hierosolyma, cum eius templum superstes adhuc esset, viuebat? Nonne oculatum se omnium testimoniū significat? Cum verò, ante citata iam verba, vitem, cuius modo facta mentio, describeret, adiecit: *Et multi Romanorum scriptorum seipsum vidisse testati sunt in domus ipsius excidio, quod chourbam babbaiith etiam hodie appellant.* Post excidium igitur ista istū scriptissime apparet. *Tertius esse potest aliquorum sensus ex ipsius libro 4. cap. ultimo, eum esse Nicolaum Damascenum, magnum illum Herodis amicum, à cuius etiam nomine dactylorum, seu palmarum genus quoddam Nicolaos, Plinio lib. 13. cap. 4 & Athenæo lib. 14.* Photio in Bibliotheca, Illustrio in vitis Philosophorum, modo correcti tres elegantur, testibus vocavit Augustus Imperator. Et sic, non celeberrimus tantum auctor esset iste Gorionides, sed utroque dicto iam Iosepho etiam vetustior. At ex solius Interpretis errore nasci hæc sententia potuit. Alioqui clarissimè à Nicolao isto sese distinguit Gorionides loco citato, cum in Hebreo ad

ver-

verbum sit: *Multi scriptores testantur, sicut ego.*  
*Et sic Nicolaus Damascenus. Et sic dixit Strabo Cappadocx.* non autem, vt vertit Munsterus:  
*Templi opes multi scriptores testantur, nempe ego Nicolaus Damascenus: Sed & Strabo de Cappadocia.* Quartus demum sensus eorum est, qui eum è recentiorib. Rabbinis vnum aliquem suspicantur, qui certè D. Hieronymi temporibus posterior fuerit. Est hæc multorum & eruditorum hominum, in quibus dicit Riba noster familiam, in Abdiæ caput i. numero 110. sententia. Nam primò, si ante D. Hieronymum scriptor hic fuisset, nunquam ille aliquam alicubi eius mentionem faciendi occasionem prætermissset. Secundò, vt titul idem scriptor certis quibusdam gentium, urbiumque nominibus, quæ posterior tantummodo ætas usurpauit. Nam lib. 5. c. 1. Iulium ait Cæarem, subegisse Francos, Britannos, & Occidentem totum, usque ad Oceanum. Et cap. 41. in Hebræo, c. 42. in Latino, dum Herodis funus narrat, eum exequutos ait ipsius stipatores milites Germanos, & Gallos, & de his subdit, *hem Phrankous, id est, hi erant Franci.* At Herodiano illo æuo nondum Francorum nomen Gallis tribuebatur, iis præsertim quas in Gallia deuicit Cæsar, vt ex illis perspicuum, quibus Francorum nomen antiquum in citatis S. Kiliani notis explicavi. Rursum libro 3. cap. 15. Annibalem ait regnasse in urbe  
*Cassba-*

*Carthagena.* Sed Carthaginis nomen hoc & nouum & Hispanicum est, cum Hebraicè aut Syriacè potius *Carthachadatha*, seu, ut apud Solinum est *Carthada* vocaretur. apud Iosephum lib. 1. Antiq. c. 7. in Gr. & alias, D. Hieronymo epist. 133. testante, *Tharsis*. Tertio, ut Africę pars, in qua Carthago, *Barbaria* nominetur, est & recentissimum, & in Latina lingua barbarum. At in eodem illo Gorionidæ capite, dicitur *cum Annibale Barbaria robur omnne fuisse*. Quartò, idem eodem loco Annibal refertur in Hispaniam venisse, ibidē gentes Gothorum superbiam depreßisse. At in Hispania non considerunt Goths ante D. Hieronymi ætatem. Quintò, Hispaniam semper *Sepharad* nominat. Sed recentiorum, inquit Iosephus Scaliger lib. 7. de emend. temp. *Iudeorum hic nouitus, & nuperus stupor, Tsarphatb, hoc est, Sareptam Syria, Franciam interpretantium, & Sepharad Hispaniam, & Ascenez. Alemaniam*. Accedit, quod si Flauio Iosepho par aut suppar fuisset, meminisset alter alterius, vel commendando, vel reprehendendo, vti fecisse Flauium videmus in sui temporis historico Tiberiadensi, cui Iustus nomen: de quo in vita ille sua tam multa, tam serio. Atque ista sane, quae pro hoc ultimo, & secundo item sensu adducta, tam videntur probabilia, ut doctos etiam & peritos addubitare faciant, quisnam tādem Iosephus Gorionides sit. Etsi enim

enim ad vtriusque sententiæ rationes dicia,  
liquid potest, quod iam, vt brevior sim, li-  
bens dissimulo; semper tamen obscurum,  
ambiguumque manet, *quod genus*, unde do-  
mo, quave vixerit idem auctor tempestate. Si  
qua ergo inter hosce duos Iosephos dissensio  
sit, quæ aliunde præsertim haberi non po-  
sit; nonne priori tam noto, tam celebri, Gorsonida  
tamque à tam multis laudato potius creden-  
dum? Et quamvis diffitendum non sit, in eo  
ipso nœuos inesse nonnullos, eumq; ab opti-  
ma, & certissima illa, quam in Vita p̄tronun-  
ciahuit, regula, τῷ ἰσοείαν ἀναγέρθων πτὸῦ ἀλη-  
θῶν ἀναμνᾶν, interdū deflexisse, (hoc enim  
multi, & in primis Reuerendissimus, & Il-  
lustrissimus Baronius Tomo I. & in decimi  
Appendice planum fecit) attamen cum vel  
ex scripturis diuinis, vel è Scriptoribus, ratio-  
numque momentis aliis, eius nulla suppetit  
refutatio, fidei profecto plus, quam qui è te-  
nebris cosis Iudæorum antris non ita pridem  
proserpsit, obscurus, incognitus, & illauda-  
tus alter. cui ego, vbi ab melioribus non dis-  
fidet, tantum equidem tribuo; quantum a-  
liis è Rabbinorum officina Magistris: ad illu-  
strandum scilicet quippiam & comproban-  
dum, nisi si veritatis aliis aliunde sol illu-  
ceat. Iam verò quæstionem, qua de agitur;  
toties, vt ex capit. 3. perspicuum; tractauit  
Flavius, tot in locis, tamque diligenter &

Ceteris pa-  
ribus, Ios.  
Flavio po-  
tius quam  
Gorsonida  
adherendū.

copiosè: alter vero eam semel tantummodo,  
& extremis veluti digitis, attigit. Quin ve-  
rò in libris, quos de Deo, Iudaicisque legi-  
bus, quaternos meditabatur idem Flavius,  
persequi statuerat Iudæorum sectas & opini-  
ones, ut habeat Archæologiæ ipsius extre-  
mum. An igitur huic de sectarum istarum  
numero non fidei plus, quam alteri adhi-  
bendum? Sunt denique cum ternarium ha-  
trum numerum eloquitur, eiusdem Flavij  
verba plana, diserta, minimeque ambigua:  
è contrario autem Gorionidæ verba eiusmo-  
di sunt, ut in iis ego quidem clare sectas tres  
inesse ostendam, duas autem tantummodo  
videat Drusius.

## CAPVT X.

*An de eodens Iudaicarum sectarum nume-  
ro Hebreæ Gorionida verba paucula  
rectè conuerterit Io.  
Drusius.*

**M**EAM, vt suprà vidimus, Gorionidæ  
versionem in particula verbuloque v-  
no lebaddam reprehendit Drusius, simulque  
de sua gloriatur versione subiiciens pagin. 7.  
cum verti debeat, soli ipsi, vt nos PRIMI, verti-  
mus. At qui in alterum paratus est dicere, hūc  
si non omni, eo certè, cuius alterum arguit,  
carere vitio, an nō æquissimum? In promptu  
alio-

alioqui futurum illud Saluatoris; *Quid vides* <sup>Matt. 7.</sup>  
*festucam in oculo fratri tui, & trabem in oculo tuo* <sup>v. 3.</sup>  
*non vides?* Erego quidem antea monstraui ne  
 festucam quidē villam fuisse quod in versione  
 mea culpabat, hāc; re ipsa, quoad vnu illud  
 verbum, ab ea, quā probat Drusius senten-  
 tia nihil pro suis abire: nunc verò ipsum in sua  
 versione, quā c. 8. audiuimus, fraude ac dolo,  
 ut Gorionidem suam in sententiam traheret ac  
 detorqueret, certasse ostēdo. Et pīj, ait, *illi siue*  
*Hesidae soli*. Nam primo cur ait, *Et pīj, siue Hesi-* <sup>t.</sup>  
*dae?* cur horum vno nominum contentus nō <sup>In Gorioni-</sup>  
 est? Vnicū in Hebræo est *Chefidim*. Et interest <sup>de Versendo</sup> plura Drusius  
 non parum, an pīos vniuersē vertamus, an ita, *si pī peccata*,  
 vt proprium sit certi aliquies piorum generis  
 nomen. quemadmodum, si in Hebræo aut  
 Græco tūxtū occurrant Apostoli vel Angelii,  
 discriminis aliquid est, si tabellarios aut nuncios  
 generali vocabulo interpretemur, & si pro-  
 priū illius generis & usitatū nomen retineam-  
 mus, *Apostolos*, inquam, & *Angelos*. Qui verò  
 vnum illud vocabulum ita exprimeret, *Et nū-*  
*pīj, siue Angelii*, nonne significaret in textu il-  
 lo Hebræo, vel Græco aliquid esse obscu-  
 rum, aut in Latino minus aptum videri ver-  
 bum vnum, quam alterum? præsertim, si  
 consimilia ibibem adiū gerentur vocabu-  
 la, quæ pari modo verti bifariam possent,  
 & una tamen solum voce verterentur? In  
 hoc autem Gorionidæ loco Pharisæi sunt,

C 2 qui,

qui, ipsomet Drusio pag. 31. annuente, inde  
& acclamante, verti generatim possent egre-  
gij. Cur in solis ergo *Chefidim* duas interpre-  
tationes, in *Peruschim* verò unicam tantum,  
quæ sectæ propria; usurpat? Cur non simili-  
ter dicit in eiusdem capitinis num. 3. *Hi sunt e-  
gregij, siue Pharisei?* num. 8. *vnum ex egregiis, si-  
ue Phariseis?* Et similiter num. 14. 15. 16. 20. 22.  
Licet similiter de *Tsedukim*, cum generaliore  
nomine *Iusti*, & specialiore *Sadducei* exponi-  
queant; percunctari: Cur num. 12. à Drusio  
non dicitur, *Erat è Iustis, siue Sadduceis?* num.  
15. *roboratus est cum iustis siue Sadduceis, fuitque  
iustus siue Sadduccens.* Sicque deinceps num. 21.  
& 22. Quid igitur causæ, ob quam in solis  
*Chefidim* gemina hæc adhibita versio? Hæc  
sane. Voluit astutè subindicare Drusius istud  
*Chefidim*, hic accipi non tanquam proprium  
sectæ nomen, ut in *Phariseis* & *Sadduceis*  
factum (sic enim secta iam tertia, quam il-  
le ibi non vult, emicuisse) sed tanquam  
commune quoddam epitheton, quo *Phari-  
sei* vocarentur *pj*. Sed vt hoc lectori magis  
persuaderet, inculcauit præterea particulam,  
*illi. Et pj, ait, illi siue Hafidei.* Quamuis enim  
sit in *Hebræo he littera*, quæ demonstratio-  
nem interdum efficit, sæpiissimè tamen non  
efficit, vt iis, qui vel primoribus, vt aiunt,  
labris *Hebrææ* aliquid linguae libarunt; no-  
tissimum. Et verò ipse Drusius, in hoc eo-  
dem

dem Gorionidæ capite , demonstrationem illam non semel esse noluit. Dicere alioqui debuisset versu 20. Ecce Pharisei illi. Et ibi dem, per os sapientum illorum , & num. 21. Sad- ducaei illi : rursumque Cuthai illi , num. 22. cum Phariseis illis , & cum Rege illo. In hisce o- mnibus cur Hebraicum illud *he* omisit , in solis verò Chesiidim tam signatè apposuit? Quia scilicet pios intelligi voluit illos , de quibus antea sermo fuerat , Phariseos. quam ob causam in iisdem verbis debuisset etiam adiicere , siue Hasidei illi. sed sui fuit ipsius im- memor. Verum esto , exprimenda fuerit hic demonstratio , cur dicere maluit *pj* illi , quam *pj* isti , aut certè *hi* *pj*? Cum enim demon- strandi officio fungitur *he* , duo ista potius , quam illud , vel certè non disparitet signifi- cat. sed fecit hoc versutè Drusius. Apud La- tinos enim cum de pluribus sermo anteces- sit , & aliquid post narratur non de omni- bus ; sed de horum aliquibus , tum ad eos quidem , qui remotiores , seu qui primi sunt designandos , adhiberi solet istud , illi : ad propiores verò , seu posteriores , *hi* aut *istii*. Nunc verò de Phariseis prius locutus erat Gorionides numer. 20 postea de Sadducæis versu 21. & eodem versu addit , de hisce no- stris Chesiidim. Hós igitur quia vult Drusius à Phariseis non esse distinctos , sed eisdem cum illis , si vertisses , Et *pj* *isti* , siue , Et *hi* *pj*.

C 3 Phari-

Phariseos intellexisset nemo, sed eos, qui proxime nominati erant, Sadducæos. Ut vero à Saddu æis ad Phariseos longius positos lectorem transmitte et, vafre posuit; Et p̄ illi. An hoc non est auctorem, quem interpretavis, cogere, ut quod vis dicat, non autem, quod ille vult, interpretari? Estramen adhuc alia in Drusiana versione vafries, dum chelek acber reddit partem alteram. Quasi secunda Iudæorum pars, seu secta essent Hasidæi. non tertia. Verum in Hebreo pars est non altera, scilicet alia. Differt interdua hæc non paulam. Quisquis alter est, alias etiam est: sed non quisquis alias, est alter. In diuinis, filius à Patre alter est & alias: Spiritus Sanctus ab eodem Patre non alter, sed alias. In humanis, filius à patre suo alter est, & alias, ab auro non alter, sed alias. Sicque Hasidæorum sodalitium aliud est à duobus aliis, non alterum. Liquet igitur, paucitila Gorionidae verba hæc, non rectè à Drusio conuersa, sed prauè, vafreque ad suam ipsius mentem inflexa & condolata. Sed ad alteram scriptio[n]is huius partem, quæ de positis iam tribus Iudæorum sectis sigillatim differit, accedendum.

## LIBER SECVN- DVS.

Qua

 V& generatim de tribus Iudeorum sectis dicenda videbantur, absolui: agam de singulis dein- ceps speciatim. Ac inter duas priores acerba quidem interdū odia inimicitiaeq; viguerunt, vt suo infra loco pandetur, eas tamen ideo in vnū hunc secun- dum librum, vnā cōpingere statui, quia ma- gna inter earum sectatores morū similitudo pessimorum: neq; eorumdem simul iuncto- rum infrequēs, in factos sanctis Domini nostri Iesu Christi Euāgelii: iustissima reprehē- sio. Sed ibūt præ Pharisei: sequētur Sadducæi.

## CAPUT I.

*Phariseorum nomen.*

**Q**uadruplex Phariseorum nominis origi-  
natio trāditur. Prima à parash, quod est  
explicare & expādere. quasi Pharisei sint illu- I.  
*Phariseos etymologia*  
stres, hominum oculis expositi, & cōspicui, q  
phylacteria sua, de quibus postea; dilatarent *etymologiae*  
Matt.23.v.5. amarēt salutationes in foro 16.v.  
7.Luc.20.46.eoq; perq; tineret ille tubarū clan-  
gor, qui quorundam eleemosynis Matt.6.v.2.  
præibat, si, vt apud Euthymium & Strabon  
quidam aiunt; ea Phariseorum fuisset con-  
suetudo. quam tamen, quia non probatur, nō  
admittunt alij. Altera ab eodem etiam ver-  
bo, sed quatenus vim habet exponendi, id  
est, declarandi & interpretandi. Et videtur  
etymologia hæc, Gorionidæ in primis allube-  
scere, dum in capite, de quo suprà, id est, lib 4.

2a

c.6.edit.Bas.i.c.29.Crac.vocantur sapientes Israeli, & legis explanatores, eorumque discipulus dicitur Hyrcanus Rex.Sedebat, inquit, Rex mensa cum sapientibus Israeliis. Hi sunt Pharisei, qui explicant legem. Aperte siquidem per alliterationem haec etymologia monstratur.Hemimah peruschim hamme poreschim eth thorah. Finis mimento huic etiam rei esse possunt illa, quae in scripturis leguntur Leuit. 24. versu 12. verbotenus, ad declarare ipsis in ore Domini, sive, ut noster sententiam exanimet, donec noscent quid iuberet Dominus : Nhem. 8. versu 8. Et legerunt in libro legis Domini explicato, ut significat Elias, vel potius ut noster Interpres, distincte, aut ut Eliæ Interpres, explicato sermone, aut, ut Buxtorfius, clare, enucleate, diserte : & illa, quæ apud Rabbinos usitatissima; ut dum interpretatione aliqua vocatur, Peroesch, & dum aiunt, **Cad nec ad parash peloni**, id est, sic & sic exponit ille: caescher paresch bou rabbathenu, quemadmodum exposuerunt magistri nostri: At, inquit aliqui, essent Poreschim vocandi, non Peroeschim. Illud enim actuum participium est Benoni, hoc passiuū Paul. Responderi prima potest, hoc ad maiorem eorum præstantiam, gloriamque spectasse. Cum enim hominum docere posse nemo nisi doctus, dicuntur isti peroeschim, quasi expositionibus ac interpretationibus raro à Deo, quam à maioribus per traditionem acceptis referri, optime quo instituti.

instituti. Secundo, In quibusdam verbis esse interdum quedam præter communem usitata regulam. quemadmodum hoc etiam verbo, in actua maxime coniugatione Piel, videntur absolute Rabbini, & quasi passiuè, prout explicat, & mirari se ait Elias in Thisbi. Et sanè, cum obiectionem istam velut optimam laudasset in Matthæi caput 3. Beza, eandemque cum encœlio, Ioanni Mercero a-scripisset, eam tamen ipsius vel discipuli, vel symmystæ Iunius & Tremellius in Marci c. 7. contempserunt, & ab explananda lege Phariseos nuncupatos dixerunt, idque magis probat Melanchthon lib. 2. Chronicorum. Tertio, D. Hieronymi lib. Tradit. in Genesim à parats, id est, diuidere, sed tunc Hebraicè vocarentur Perutsim, Græcè & Latinè Pharisei, vel Pharisæi sæpius: licet etiam secundum eundem D. Hieronym. Præfat. in Amos, Pharisei. Quarta igitur originatio apud Hebreos ipsos est probabilior & recep-tior, ab eodem illo primo verbo parasch, sed quatenus diuidere ac separare significat, ut Ezech. 34. vers. 12. in medio ouium suarum disper-sarum & dissipatarum. Hinc enim apud Rabbinos in Piel et am, ut supra rangebam; valet separatum esse. Et hinc sectionum earum quælibet, quas LIII. in libris Moysis fecerint illi, vocatur paraschah, & quælibet nota, qua res ab aliis aliæ separantur, quæ apud Philo-

C 5 sophos

sophos differentia est, dicitur *pereſch*. hinc de-  
nique Pharisæi, quasi separati & secreti ab aliis.  
Sed quanam re, vel quam ob causam? quia,  
vt ait Baal Aruch, & loco citato Elias, *bem  
happerouschim middarche habolam*, id est, quia  
separati erant à viis mundi huius, quem admodum  
qui fucrunt Nazarei. Sic, in libro Radicum,  
Radak Phariseos interpretatur *Hannicba-  
dim*, id est, honoratos, eximios, & egregios.  
Sic, in l. bro Iuchasim, virgines Deo dicatae  
vocantur *peruschoth*. estque *perischouth*, ipsa vi-  
tae sanctimonia, vt dum R. Akiba in c. 3. Pirke  
auoth dicebat, *Nederim seiag lipbrischouth*, id  
est, vota sunt sepes sanctimonie vita: non autem,  
vt male citat Drusius, *Traditio sepes est sancti-  
monie vita*, cum antecedat, *Masoreth seiag le-  
thorah*, id est. *Traditio est sepes legis*. Atque huic  
originationi astipulatur, quantum quidem  
ad diuisionis rationem attinet; citatus antea  
D Hieronymus dum ait, *Pharisei, qui se quasi  
iustos separauerant, diuisi appellantur*. Et S. Au-  
gustinus serm. 30. de verbis Domini, *Pharisei  
Iudai erant, quasi egregij Iudaorum. Nobiliores e-  
nim atque doctiores tunc Pharisei vocabantur*. Et  
clarius serm. 15. de verbis Apostoli: *Primarij  
quidam erant, & quasi ad nobilitatem Iudaicam  
segregati, non contemptibili plebi commixti, qui  
dicebantur Pharisei*. Nam dicitur hoc verbum se-  
gregationem interpretari, quomodo in Latina lin-  
gua *egregius*, quasi à grege *separatus*. S. Epiphanius

nius hæresi 16. Ελέγοντο φαεισθοις δὲ τὸν αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἀλλων δὲ τὴν ἐπιλογήν εἰσθρησκίαν παρ' αὐτοῖς νερομισθεῖν φαὲς γένεται τὴν εἰράδη-  
ἴσημων εἶται ἀφεισθούσα.

## CAPUT II.

*Ex quatuor tribus, & familia, ordine  
ac loco Pharisaicarum?*

**E**X omni tribus erant. Non enim quemadmodum sacerdotium, aut alia templi obsequia in una Leui tribu hærebant, sic Pharisaicum institutum. Nam alij ex tribu Iuda erant: alij ex Benjamin, ut S. Paulus Philipp. 3. versu 5. alij ex Leuitica, ut initio Hyrcanus apud Iosephum Flauium libro decimotertio, capite decimoctavo, Gorionidem in loco, de quo suprà: Iosephus Flavius in principio vitæ suæ, alij ex alia. D. Chrysostomus, Matth. 15. *Per omnes*, ait, *tribus in duodecim partes disseminati erant Pharisei.* Sic & Euthymius, Leontius. Par de *familia* ipsorum *familia ratio.* Cui enim libebat, ei licebat hoc aut illud vitæ institutum sequi. *Ordo autem spectari potest*, vt *ordo* vel plebeius sit, vel nobilior. Nobilitatem vero, cuius antea meminit Sanct. Augustinus; unde spectarint Iudei, exponit idem

idem Augustinus eodem sermone 15. de verbis Apostoli. Cum enim exponeret, cur se Pharisæum D. Paulus Philip. 3. dixisset, eum inducit loquentem. *Non eram piger Iudeus.*  
*Quicquid erat, quod legi mee aduersarium videbatur, impatienter ferebam, acriter inseguebar,* deinde subiungit: *Hac apud Iudeos nobilitas.* Generis tamen, præsertim sacerdotalis, in cœfenda nobilitate habitam apud eos ratione, ostendit in Vitæ suæ principio Iosephus Παρ' ἔκαστοις, ait. ἀλλὰ τις ἐστὶν εὐγενεῖς ὑπόθεσις: ὅτας παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς ἵρωσίν μετευξίᾳ τεκυῆσσιν ἐστὶν γένος λαμπρότητος. Et causam indicat fere sub initium lib. 1. contra Apionem: quia, ut hodie in Germania nostra, probatur vniuersitate, qui ad Moguntinæ, Heripolitanæ, Spirensis, aliarumque Cathedralium & Metropolitanarum Ecclesiârum collegia recipiuntur, nobilitas, itemque apud Athenienses Archonton genus explorabatur, ut ostendit lib. 3. de Rep. Athen. Sigonius: ita Sacerdotalis nobilitas apud Iudeos. Iam vero Pharisæi ex utroque fuerunt ordine. Nam eodem ille libro refert, Hierosolymis, ad se è Galilea ciuiendum, millos viros quatuor. οὐταὶ γάρ οὐδὲ δύο φίλοι εγνώτας. τὴν παιδείαν δὲ ὄμοιος, id est, genero quidem differentes, disciplina vero & secta similes. Erant autem duo Δημοτικοὶ, id est Plebei, quæ admodum & lib. 13. Antiq. c. 18. τὸ Δημοτικὸν plebem ac vulgus (Gorionides γορίων) appellat

pellat & lib. 14. c. 8. Pontificatum factum ait  
 τοῦ δημοτικῶν : duo reliqui erant nobiles è ge-  
 nere sacerdotali, Gozorus videlicet ἡρετίς  
 γένους φαρισαῖος καὶ αὐτὸς, & Simon inter Sacer-  
 dotum principes, qui Hierosolymis tunc e-  
 rant, ætate minimus. Illi etiam qui ad S. Io-  
 annem Baptistam legati missi fuerant, erant  
 Sacerdotes & Leuitæ Io. I. versu 19. & ex Phari-  
 sæis ibidem versu 24. Nicodemus & Phari-  
 sæus, & princeps Iudæorum dicitur Io. 3. ver-  
 su 1. Inter ipsos tamen Phariseos ordo etiam  
 erat quidam. Vocantur enim apud eundem  
 Ioseph. lib. 13. c. 23 οἱ πρωτεύοντες, & paulo post  
 vitæ principium οἱ πρῶτοι τῶν φαρισαίων, apud  
 D. Hieronymum ad Algasiam, præpositi Syna-  
 gogis sapientissimi : Iam ideo locus ipsis erat nō  
 Hierosolyma vel Iudæa sola, sed quælibet Is-  
 raeliticæ terræ portio Luc. 5. versu 17. Erant  
 Pharisei sedentes & legis doctores, qui venerant  
 ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Hierusalem  
 Theoph. in Matth. 15. In omnibus, ait, locis e-  
 rant Scribae & Pharisei.

Inter Pha-  
riseos ordo.

## CAP. III.

*Quæ Phariseorum vel dogmata vel  
 instituta.*

**Q**ui Phariseorum attingunt dogmata,  
 primum fere ac præcipuum referunt,  
 facto

1. *Fatum.* faro eos tribuisse omnia. Sed quomodo fatum acceperint, potest nonnulla esse quæstio. Nam S. Epiphanius eo modo accipit hæresi 16. quo à Dno Augustino, Ecclesiaque tota Christiani reiicitur. Obicitenim iis, fatò isto tolli hominum τὸ αὐτέρων, id est, liberum arbitrium, Deique iustum iudicium, quo vel præmia, vel supplicia decerni solent. Nam ei, qui, utidem S. Epiphanius loquitur : ἐν ἀριστερᾷ, ἀλλὰ καὶ ἀράγοντες δημοκρατεῖσθαι τοις πεπειραύνσι, id est, non ex scipto, non liberè, sed ex vis fatalis necessitate agit, quæ pœna? quod præmium? Sextus tamen Senensis in Bibliothecæ sanctæ libro secundo, fatum eo modo accipit, quo à Peripateticis Philosophis conceditur, ut ap' d' Alexandrum Aphrodil. lib. de fato, Plotinum lib. de fato, Ammonium, Pselium, & Magentinum in Aristoteles lib. de interpretatione: Simplicium, Themistium, & Philoponum in eiusdem librum 2. Phyficorum: itemque à Christianis Philosophis, Gregorio Nysseno lib. de fato, Boetio libro 4. de consol. prosa 6. Julio Sirenio lib. de fato. Toledo lib. 2. Phyficorum cap. sexto, quæst. II. Senensis verba sunt: Fato, hoc est, Dei præscientia ac immobili decreto omnia geri, manente tamen libero humana voluntatis assensu. Eo enim temperamento Deus Opt. Max. res moderatur, ut

cum omnia ex eius deliberatione pendeant, in homine tamen integra sit facultas ad virtutem ac vitium accedendi. Videtur & huc propendere libro quinto, capite nono Rhodiginus. Sed ego ad S. Epiphanij sententiam accedo potius, non solum, quia eius multo maior auctoritas, sed etiam, quia Pharisæo Iosephus magis consentanea, qui in vita sua Pharisäicam hæresim Stoicæ vicinam ait & assimilem. Notum vero ex Cicerone libro de Natur. Deorum, libr. de fato, Seneca libro secundo quæstio.nat. capit. trigesimo sexto. Gellio libro sexto capite secundo, & aliis, qualem fati necessitatem statuerint Stoici. Duo tamen, quæ fatuæ de fato sententiaz huius vanitatem aliquantulum alleuent, ac immixuant, notat idem Iosephus. Vnum libro decimotertio, capite nono, non omnia fato eos ascripsisse, sed quædam tantummodo. οἱ μὲν Φαεστοῖς τίναι καὶ οὐ πάγκτα, τῆς εἰμαρμένης ήτο λέγουσιν ἔχειν: πωλήσθε οὐ πάρχειν συμβάγειν τε καὶ οὐ γίνεσθαι. Alterum libro secundo Capt. capite duodecimo fatum cum Deo coniungit, & liberi arbitrij aliquid relinquit: Εἰμαρμένη τε καὶ δεῖ περιστάνεται πάγκτα: καὶ τὸ μὲν περιττεῖν τὰ δίκηα καὶ μὴ, καὶ τὸ πλεῖστον δῆλον τοῖς ἀρ-  
θρώποις καὶ-

dicit.

II. Ex

II. Ex hac fati occasione dicit S. Epiphanius, eosdem Pharisæos Astronomiam coluisse admodum, & ex hominum Gétili errore dormitorum vsu, Hebraica planetis Zodiaco signis duodecim nomina finxisse. quæ quia in Latino & Græco, partem non parvam, obscurata & pñè corrupta sunt, ea hic aliquantulum vel restituere, vel explicare conabor.

1. Sol. Emacæsemes, ἡμέρασμός. Duo nomina sunt *Ema* & *Semes*, הַמָּה שְׁמַשׁ, Hebraicè שֶׁמֶשׁ & מְהֹה.

2. Luna. Iereacæ albana. ἡγεργυαλ Καρά similiter duo vocabula Hebr. וּרְתָּא לְבָנָה sine הַלְּבָנָה.

3. Mars Choreb Ocmol. Melius Græcè χορεύων οὐκέτι. Hebr. בָּרְבָּב id est stella, & οὐκέτι quasi חַבּוֹל id est, parce te, φ stella sit pugnatrix & bellorum, in quibus locum habere debet indulgentia: vel quod ob eam à Deo veniam petere oporteat. vel potius αἴδη quod est succidere. Hodie à colore, quo stella hæc, vel effusus bello sanguis rubet, dicitur ab Hebræis מָרְבָּב.

4. Mercurius. Choreb Ochmod. Corrige ut supra ex Græco χωρεύει οὐκέτι. Hebr. בָּרְבָּב תְּכִבּוֹת stella sapietiae vel חַמּוֹר id est desiderii, quia & Mercurius putabatur negotiationi præesse, in quo perpetuum quæstus desiderium. Hodie מְקֻולִים.

5. Iuppi-

5. Jupiter. Legendum ut supra in latine  
Chocheb.baal χωχέε בָּאָל stella principa-  
lis, vel sidus Domini בָּוּכְבַּבְעֵל, hodie צָרָק.

6. Venus. Serua sive Lued, שָׁרָעַת אֲשֶׁר אָשֶׁר seminans aut incendens vel fulgens  
aut Hodie לְהַטְּבָה.

7. Corrigendum ut supra Cocheb Sabeth,  
גָּמְחֵל כָּסְבָּה stella Sabbathi.Ho-  
die simpliciter dicitur שְׁבָתָאֵר.

1.Signum Zodiaci Tele טַלְלָא licet propter  
gulturalium cognationem ponatur sape הַ  
pro נִ, & dicitur הַלְלָה agnus, aries.

2. Taurus, שׂוֹר.

3. Gemini, תְּאַמְּרִים.

4. Cancer, non ut in latino sartam  
סְרִטְן.

5. Leo האַרְיוֹן & per syncopen male  
interdum in Graeco ἄρη.

6. Virgo בְּתוּלָה.

7. Libra בְּנֵי סְמֵל μαρμάρην & semel me-  
lius μαργָּרֵת. בְּזָנִים.

8. Scorpius Mendose אַקְרָב semel, & antea  
bene אַקְרָבְּצָה. עַקְרָבְּצָה.

9. Arcitenens קְשֹׁתְּ.

10. Capricornus גְּרִיאָה.

11. Aquarius גְּלִיאָה.

12. Pisces נְגִימָה.

Sic caelestia Gentiles, Deiq, dispositionem, in-  
quit S. Hieronymus ad Fabiolam de veste Sa-  
D cerdo-

cerdotali episto. 128. *idelorum nominibus infamarunt*, eorumque quidam, vt Plinius lib. 2. c. 5. putarunt verè cælo inesse varias animalium species, è quibus in terram & mare decidua essent interdum semina, cum tamen, vt ait lib. 1. in somnium Scipionis c. 19. Macrobius, imagines & nomina hæc omnia ex hominum arbitrio facta sint, quæ vel omnia, vel eorum magnam partem à Christianis in meliora & honestiora mutari rectè optat libr. 8. contra Astrolog. c. 5. Comes Mirandula, & Theodorus Gramineus in Sphæram c. 3. Vide S. Gregorium in Iob libr. 4. c. 6. & 7. sed propter Pharisaicam Astrologiam, ista hoc loco sati.

5.

*Animarum  
erāsmigra-  
tio.*

*Æterna  
pena, pra-  
mua.*

III. Iosephus lib. 2. Capt. c. 12. Animatum *μελάγων* seu transmigrationem dicebant, nō omnium, sed bonorum, quæ permaneant in bonorumque corpora subeant: malorum vero animas dicabant statim æterno puniri suppicio. Et ex priore illa parte multiplex natus hominum de CHRISTO sermo, quem tamen eo ipso, bonitate præditum præstanti testabantur, quod in eius corpus eorum hominum, quos valde bonos credebant, animam ingressam putabant. Nam Matth. 16. versu 14. Cum dicebant alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verb Ieremiam, aut unum ex Prophetis. Citatus paulò ante Iosephus

plus libro 18. cap. 2. iterum: Agarālos ἐξή  
τοῦ ψυχᾶς ταλισινῶν οὐτόis ή), καὶ ὑπὸ χθονὸς δι-  
καιώσεις τε καὶ πίμας οἰς αἴρετης ἡ ράχιας ἀπέτιθε-  
ται ἐν τῷ βίῳ γένεται. καὶ τοῦ μὲν, εἰργυδράτιστος  
περιστίθεται, τοῦ δὲ πάσων τοῦ ἀναβιοῦ. Quæ  
sic Interpres vertit nouus: *Animas credunt esse  
immortales, & sub terris earum iudicia fieri:  
tum premia cuique contingere ex virtutis aut ma-  
litiae merito: & has perpetuis damnari carceribus,  
illis facilem esse ad vitam redditum.*

I V. Seniorum traditiones valde vrebant  
Matth. 13. versu 2. & lequentibus, Marci 7.1. Tradicio-  
& sequentibus. Has verò, veterum hæreti-  
corum quidam dixerunt esse omnes veteris Quid Pha-  
Testamenti libros, ut Manichæi: alij aliquos risaorum  
tantum, ut Ptolemaitæ apud S. Epiphanium  
lib. 1. hæref. 33. Nouatores verò nostri vel o-  
mnes, vel pæne omnes, tam Lutherani quam  
Caluiniâni, esse voluunt omnes, quæ in  
Christianâ Ecclesiâ sunt, traditiones, si in  
Bibliis ipsis conscriptæ non sint. At sciendū  
primo Iudeorum esse sententiam, du-  
plicem à Deo Moysi legem traditam, & à  
Moysi ipsi Iosue, ab hoc aliis deinceps. V-  
nam, quæ scripta est, & ab iis vocatur thorab  
bichtab; alteram, quæ scripta non esset, sed  
ore tradicetur, & hæc appellatur thorab sche-  
beh alpet; quemadmodum scilicet apud Iu-  
stinianum libro primo Institutionum. oi νέ-  
τοι ἔγγειοι καὶ ἀγγεῖοι sunt. Secundò,

D 2 prior

priorem legem existimant idem Hebrei esse simplicem, & litteralem, vocantq; *peshbat*, ut explicat in Thisbi Elias, posteriorem vero mysticam, & spiritualem. Tertio, ex ista lega divisione sunt etiā exorta *Masoreth* & *Cabala*. de quibus dixi plura in Iosue, dum quærebā accepissetne à Moysè cabalam Iosue? Quartο, fuerunt tandem ē Iudæis Rabbini nonnulli, qui varia sanxerunt & præscriperunt, quasi ad Dei cultum, legisq; observationē, animæq; salutem vel necessaria, vel valde utilia, quæ vocantur vel *gezeroth hazekenim*, id est, seniorum decreta seu scita vel *Mishnah*, id est, *Avotéphor*, seu secundariæ veluti leges, vel quæ secundariò ad Moysis legē accesserunt, de quibus in præfatione suæ Iad, seu *Manus* in primi scilicet Tomi principio, multa Rambam, & auctor libri *Arba tura*, itemque Racanati, & liber centum benedictionum. Genera vero Traditionum apud Iudæos celebrata quatuor dixi libro primo, Mach.c.2. pag. 629. & lib. 2. c. 1. pag. 782. Atq; hinc Iudæorum *Talmud*, cuius duæ partes *Mishnah* & *Gemarah*, etsi quandoq; alterutri parti nomen illud commune quasi propriū tribuitur, ut libro citato monstrat Elias. *Mishnah* est ī *Avotéphor*, ipse veluti textus, *Gemarah* ī *teslémor* perfectio & consummatio, ipsa veluti glossa & commentarius. Et posteriores istas *gezeroth hazekenim*, & *Mishnah*

ioth vocat Dominus πών τοῦ θεού μας τὸν προσευ-  
τέρων, ἢ τῷ ἀνθρώπῳ Matth. 15. Marc. 7. D. E-  
piphanus in Ptolemæi hæresi 33. αἱ τῷ προ-  
Cυτέρῳ τῷ διδάσκεται, οὐτε τῷ τοῖς ἴδει-  
οις λέγεται. Cuiusmodi vero hæc sunt traditio-  
nes, licet dupliciter intelligere, ex nonnullis  
scilicet exemplis, & ex ipso, qui variis modis  
extat, libro Misnaioth. Priorem hic modum  
tenebo, & quidem uti cœpi; eas denotando  
traditiones, quas sacra suppeditant Euange-  
lia.

*Varia Pha-  
risorum  
traditiones.*

1.

2.

1. Cibum nullo modo communibus, seu  
illotis manibus capiebant Matth. 15. versu. 2. 2.  
Marc. 7. vers. 3. Luc. 11. versu 37. 2. Inter edé-  
dum etiam sese sapienter lauabant, ut colligi-  
tur ex illis in nuptiali Canæ Galilææ con-  
uiuio positis hydriis Ioan. 2. idque ibi fa-  
ctum dicitur secundum purificationem Iudeorum.  
Et hinc S. Marcus dixit, eos lauare manus  
crebro, quod, quia in Graeco est πυγμῆ, no-  
nius Interpres Beta pugno lauare conuerit.  
Pharisei, ait, & omnes Iudei, nisi pugno lauaret  
manus, non edant: Digna, sanè interpretatio, *Lauare manus crebro.*  
qua pugnis tundatur. Nam quanam ratio-  
ne lauantur pugno manus? Melius dicitur,  
πυγμῆ hic aduetbium, instar κύκλω & τριγ-  
onία, esse facta, & valere crebro, sedulū, ac diligen-  
ter, ducta metaphorā à pugilū pugna que πυ-  
γμῆ dicitur. In hac enim saepe, ac magno cū  
conatu, & magna cum diligentia pugni iacta-

D. 3. tut.

tur. ita ut τοιχῷ aliquid agere, si hoc ipsum iteratō, saepe, ac enixē agere. Sic enim videmus apud veterum quendam ab Suidacitatum; sed non nominatum, qui tamen ex re ipsa videtur esse Procopius; cognatam huic vocem πύξ aduerbiascere: οἰχορέγησι ἵνα ἐκκλωμένοι ἐτύχεντο πύξτε χεὶς ὅπιολὺ βόθεγος ὀρύξαρτες, ταῦτη ἀσφαλέστα ἴμενον. Hincque, contra suum alioquin laudatorem, ut infra videbimus; Bezan concludit Casaubonus. Sanè non magis isto loco πύξιν ῥιζαδιν, pugno lauare censuerim interpretandum, quam in superiori loco πύξ ὀρύξαρτες pugno fadientes. Et confirmatur data expositio ex Syriaco textu, in quo lauare betilaith est, vti Luc. i. versu 39. abire betilaith μὲν ανυδῆς. Quin & in eundem sensum bis eodem adverbio vtitur S. Epiphanius hæresi 15. quæ scribarum est. Ut autem tam crebræ, sedulæque lotionis aliqua nobis imago sit, è decem rebus, quas in qualibet cibi sumptione faciendas tradit citatus Benedictionum centum liber, audi paucula. Primo absque mensa instruita edendum non est. Secundo manus prius abluenta & tergente, alioquin panis, qui comeditur immundus iudicatur. Modus autem lauandarum manuum est: Standum est cum lauas manus, & non innitendum parieti, aut aliquo sustentaculo. Eligenda est aqua pura, non salsa aut corrupta, quam

Iudaicum  
lauanda-  
rum ma-  
nuum mo-  
dus.

quam canis deditur bibere. Fundenda est aqua tribus vicibus super manus. In prima fusione sunt digiti sursum leuandi, in posterioribus vero demittendi. Sunt manus simul leuanda, non una post alteram. Tertio opus est in manuum lotura, ut manus sinistra tanquam famula subseruiat dextra. Nec satis erit, si manus absque aqua, cum mappa bene terferis, aut si illotis manibus ad mensam accesseris, & cochleari vasis, nuda manu cibum non contigeris. Qui vero è cloaca ad mensam accedere voluerit, iste tenetur, bis lauare manus. Mirto cætera.

3. A foro, ait, S. Marcus capite 7. versu 4.  
nisi baptizentur, non comedunt. Quia in foro  
variorum hominum, Iudeorum & Gentili-  
um, & Iudeorum vel mundorum vel im-  
mundorum concursus erat, ne alicuius for-  
te contractu inquinati essent, illico domum  
reversi sese abluebant: & quidem toto, ut  
innuere videtur <sup>Baptismata</sup> verbum, cor-  
pose in aquas sele immersabant. ut cum di-  
xit lib. de superstite, Plutarchus, Βάπτισμον σε-  
αυτὸν δέλλασσε. Hinc Hemerobaptistæ na-  
ti, & ex ipsis Pharisæis Banus ille Eremita, in  
cuius sese adolescens disciplinam dedit Fla-  
uius Iosephus; solebat ψυχὴν ἵδεπ τὸν ἡμέραν  
καὶ τὸν νύκταν οὐλάκις λύεσσαι περὶ αὐγεῖαν, quem-  
admodum in vita suæ memorat iste prin-  
cipio.

3.

*Iudæica*

D 4 4. Alia,

4.

4. Alia, ibidem ait S. Marcus; multa sunt, quae tradita sunt illis seruare baptismata calicum, & vrcorum, & crumentorum, & lectorum. Pro vrcis, ut noui aliquid diceret, posuit Beza sextarios, cum tamen in veteri etiam glossario sit; orceolus ἔστις τὸ ἄγνωτον & alibi ἔστις τὸ μέτρον, ἔστις horciolus. Aliis ἔστοι, quidquid abradi potest, ut lapidea hydria. & in Syriaco ipsum hic Græcum, ut alibi alia, retinetur. Et cur eodem modo pro crumentis non posuit ahensū, ollā, aut miliariū? Nam χαλ-  
zior & χαλκεῖον culinæ vas est. Per κλίνας verò seu lectos, eos accipe, in quibus recumbentes cibum capiebant, à quibus triclinia. Sic etiam Matth. 23. versu 28. ubi de paropidiis seu gabathis Luc. 11. versu 40. Et hodie, circa paschatis festum, quas & corporum suorum, & supellectilis pænè omnis loturas non adhibent Iudæi? Narrat eas copiosè Io. Pfefferkorn in libello de ipsorum paschate.

5.

Cibis.

Cum peccatoribus etiā cibum non capiebant Matth. 9. versu 11. Videntes enim Pharisæi Christum Dominum cum peccatoribus discubentem, dicebant discipulis eius. Quare cum Publicanis & peccatoribus manducat magister vester?

Contarbas.

6. Imò, ne tangi quidem se à peccatori-  
bus volebant Luc. 7. v. 39 Videns Pharisæus  
Mariā Magdalenā capillis capitis tergentem  
pedes

pedes Domini, eosque osculantem, intra se dicebat; *Hic si esset Propheta, sciret utique, quæ & qualis est mulier, qua tangit eum, quia peccatrix est.* Supersunt adhuc hodie Iudei quidam, in quadam rubri maris insula, qui, si quem illic externum videant, confessim acclamat, *Ne attingas. quorum postea iterum erit mentio.*

7. Sabbati apud eos immodica vigebat obseruatio, adeo ut neque sanari a grossum vellent Lucæ 6. versu 7. Ioan. 9. versu 16. neque abiis, qui sanati essent, grabatum, in quo aegri iacuissent humeris domum ferri, ibidem versu 10. neque a famelicis frumenti spicas velli, ad esumque alteri vellent Matth. 12. versu 2. Refert Moyses de Kotzis, & Rambam tomo 1. fol. 143. generalia opera, quæ omnibus in Sabbatho vetita sunt, esse 39. sed specialia, quæ nonnullis vetita, plura esse ac in his recenseri שְׁבָתָן, id est, sci crescentis evulsionem. Refert Synesius ad Euoptium, fuisse in naui Iudeum, qui exorta etiam tempestate, ipso Parasceues vespere, clavum, quæ tenebat reliquerit; totaque illa nocte, ac secuto die mirabiliter immotus manerit, legisque librum legerit. Et Origenes de Dositheis refert lib. 4. de principiis, ita Sabbatho feriatos, ut quo quisque eorum habitu, loco, situ eo die inuentus esset, siue stans, siue sedens, siue intus, siue foris, eodem permane-

7.  
Sabbatum.

D. 5 ret.

ret. D. Hieronymus eum Origenis locum i-  
mitatus Epistol. ad Algasiam, de Phariseis a-  
gens; Quia, inquit, iussum est, ut diebus Sabba-  
torum sedeat unusquisque in domo sua, & non e-  
grediatur, neque ambulet de loca ubi habitat: si  
quando eos iuxta litteram cuperimus artare: ut  
non iaceant, non ambulent, non stent, sed tan-  
tum sedeant, si velint precepta seruare: solent re-  
spondere Rab Akiba & Simon, & Hillel, Magistri  
nostrí tradiderunt nobis, ut bis mille pedes ambi-  
lemus in Sabbatho: & cetera istiusmodi, doctrinas  
hominum preferentes doctrina Dei: Non quod  
dicamus sedendum semper esse in Sabbatho, & de  
loco, in quo quis fuerit occupatus non receden-  
dum: sed quod id, quod impossibile legis est, in  
quo infirmatur per carnem, spiritualis obserua-  
tione complendum sit. Adiicit porro ibidem Ori-  
genes: Sed quod ait lex, non leuare onus in die  
Sabbati, impossibile mihi videtur. Ex his enim ad  
fabulas infinitas, sicut sanctus Apostolus dicit, de-  
voluti sunt Iudeorum doctores, dicentes; non repa-  
rari onus, si calceamenta quis habeat sine clavis: on-  
us vero esse, si caligulas quis cum clavis habuerit. Et  
si quidem supra unum humerum aliquid portauerit,  
onus iudicat, si vero supra utrumque, negabit esse onus.

B.  
diuinia.

8. Ieiunabant frequenter Matth. 9.14. Luc.  
5.33. Certe Banus Iosephi Flauij Magister in  
solitudine τρεπομένος αὐτομάτως, quomodo tan-  
tummodo sumebat. Et iactabundus ille Pha-  
risaeus Luc. 18. scit bis in Sabbatho ieiunare,  
id est,

id est, duobus in hebdomade qualibet diebus, quos Sanctus Epiphanius hæresi 16. exponit, fuisse feriam secundam & quintam.

9. Orabant similiter Pharisæi frequenter  
Luc.5.33.apud S. Epiphan.hæres.16 οὐωτχῶς, Oratio.  
assiduè. Et Matt.23.v.14. Luc 6.v.2. longas instituebant orationes, prout appareret etiam in Cether Malcouth, & Hierosolymitano Thalmud, vbi de Thephilah, seu oratione. Oribat iidem in Synagogis & angulis plateatum, Matth.6.v.5.Rambam tomo 1.fol.67.& 73.

10. Ad ieunia hæc & orationes referri debet illa tam austera, tam mira, quæ de ipsis narrat S. Epiphan.in eadē hæres.16. Primo enim virginitas, aut continentia studiū exercitationemq; sibi ipsis asciscerbat quadriennale, octennalem, decennale. Et Ioseph. in vita sua, se ait anno ætatis 30. uxorē ἀρύτεισον custodiisse. In hoc verò tuenda castitatis agone tantū adhibuisse contentionis ac laboris, ut preces adhiberent assiduas, ne corporale quid pateretur, vel nefurtim, & ex improviso in somnis forte aliqua eis obtingeret fluxio. Et quidē sibi affrees cōcinnabant aliqui spithame vnius latitudine, in quib. seipso vesperi collocaret, vt si quē forte obruisset somnus, is in terrā decideret, sicq; à somno iterū ad orationē excitaretur, & insomnē, quoad fieri posset, vitam ageret. Alij vero scrupos & calculos colligebat, eosq; sibi ipsi substernebat, vt ab iis compuncti grauiore nunquā somno cōsopirentur, sed ad vigilandū seipso cogerent. Quidam verò etiā spinas velut stratū habebant. Hæc S. Epiphan. 11.

**11.** Iam vero rerum suarum omnium decimas Deo dabant, etiam minimarum, ut menthae, anethi, cymini, rurum, omniumque oleorum Matt. 23. versu 23. Luc. 11. vers. 42. &c. 18. versu 12. *Απειδεχάτων*, ait loco citato S. Epiphanius, τὰς δέκατας, τὰς απαρχὰς ἐδίδοντες, τελακοτέδες. τὰς καὶ περικαρπάδες. τὰς γένεις απομέσαλα καὶ τὰς ιυχὰς ἀπειδεχάτων. Aliqui etiam, quibus tanquam Sacerdotibus debebatur & rebantur decimae, ipsas non accipiebant, ut de se narrat in vita sua Iosephus.

**12.** Studij etiam plurimum ponebant, ut ad Iudaicam religionem ex Gentilismo & idolatria quosdam traducerent. Hoc enim est, quod ait Dominus Matth. 23. circuuisse ipsostrare & aridam, ut unum facerent profelatum. Ad eiusmodi vero ~~εργάτων~~, seu accessum, quo Iudaicis sacris initiascantur Gentiles, tria dicunt Thalmudici fuisse necessaria, *מִילָה וְטַבֵּילָה וְרַם שֶׁל קָרְבָּן*, videlicet, circumcisionem, & baptismum, & sanguinem oblationis, seu hostiam cruentam.

*Qua ad prae-  
solutum fa-  
ciendum ne-  
cessaria.*  
Addunt tamen, si *femina fuerit*, necessaria sunt erunt baptismus & oblatio. Rursumque quia hodie non habent Iudei altare ac sacrificia, subiungunt, viris usque ad templum, quam sperant, redificationem, satis esse baptismum & circumcisionem, foemini vero solum baptisma. idque pluribus explicat etiam tomo 2. fol. 137. Rambam, ubi in *Asure biah perek 13.* tradit,

tradit, quemadmodum Davidis, Salomonis-  
que temporibus, cum plurima Gentilium  
millia rerum Dei cultum, Iudaicamque re-  
ligionem susciperent, non circuinciderentur,  
sed baptismo tantum afficerentur: huncque  
ipsum baptismum ipsis etiam Messiae tempo-  
ribus dandum Gentilibus, prout in Ecclesia  
Christianæ & olim datum, & nunc quotidie,  
in extremis quoque orientis obeuntisque so-  
lis regionibus, India, Iaponia, Peruuia dari  
( ipsi Messiae CHRISTO IESU laus & gloria)  
videmus.

13. Dilatabant phylacteria sua, & magnifi-  
cabant fimbrias, Matth. 23. versu 5. vbi Græcè  
additur, *vestimentorum, seu palliorum suorum.*  
Phylacteria hæc triplicem habent quæstio-  
nem. 1. *Quid sint?* D. Epiphanius Hæresi 15.  
*Notas, ait, purpuræ, phylacteria transnominare*  
*solent hi, qui exactè loqui volunt. Qua de causa et-*  
*iam Dominus phylacteria secundum illos dixit. In-*  
*dicant autem & consequentia appellationis phra-*  
*sim, & fimbrias palliorum: vt fimbrias dicat oras*  
*ac margines, phylacteria vero signa ac notas ipsius*  
*purpureæ. Dicit enim, dilatatis phylacteria, & fim-  
brias palliorum vestrorum magnificatis. Nam fim-  
brias ac prætextas quasdam in quatuor alis amicu-  
li unusquisque habebat, ex ipso stamine illigatos,*  
*quo tempore continenter agebant, aut virginita-  
tem exercebant. Alij verò tradunt omnes, suisce*  
*chartas, vel membranas potius, quas ad fron-*

tem

Phylacteria  
quid sint.

tem ligarent, iisq; ad aures ambas caput veluti coronarent. Altera quæstio est, *Quid in iis scriptum fuerit?* S. Chrysostomus, & S. Hieronymus in Matth. 23. censent in iis decalolum scribi solitum: Iudaici verò Rabbini quaternas è scriptura pataschoth seu sectiones, quæ sunt: Prima: *sanc*t*ifica mihi omne primum genitum adaperiens vuluam;* &c. Exod. 13. à versu 7. usque ad 11. Altera ibidem. *Cumq; introduxerit te, &c.* à v. 7. ad 17. Tertia: *Audi Israol: Dominus Deus Isræl, Dominus unus est,* Deuter. 6. Quarta. *Si ergo.* Deuter. 11. v. 13. usque ad 19. Et hunc hodie morem tenerit Iudei, qui occultè circumferunt huiusmodi capitis cotulam è corio fere consecutam. quam astringunt nodi duo. in quorum priore, qui à fronte est; includuntur istæ inscriptæ membranulae: in posteriore autem nihil quidem includitur, sed eum Moysi à Deo monstratum fabulantur. quibus & præcepta sunt de membranarum illarum qualitate, totoque sententias istas scribendi modo. Primo enim oportet, ut membrana illa sit è pecore, aut fera munda: deinde integræ, ne quod insit foramen; aut per eam fluat atramentum. Et in ea membrana parte scriendum, que ipsius bestie carnem attingebat. Oportet eas dexteram manu scribere, licet alioquin esset, qui scribit, ambidexter. Quod si laua tantum ut quis posset, ea dextræ loco ei erit. Si quis non posset recta scribere linea, nisi alia prius tracta fuisset aliquam prius

prīus trahat licet. Quod si è scriptis iā litteris aliquā omnino deleatur; ita vt eam puer nō stolidus legere nequeat, inepta erit. Sin legere adhuc queat, apta: In ipsorū vero phylacteriorum parte superiore, inānis spacij plus relinquendū non est, quam littera la- med requirit: in inferiore vero quam finales caph & yun. Quatuor lineis tota eorundem phylacteriorum scriptura includēda est. Ut inter scriptas tamē lineas lineae illae ducātur necesse nō est. Cum vero ea quis in capite gestat, nō debet ad cubitorū quatuor spacium cōmeterio vlli appropinquare. Sicubi verò vel sacra Biblia, vel phylacteria ista fuerint, fas non est, vt vxorem vir suam cognoscat, nisi vel aliud illa deportetur, vel intra vas vnu condantur, & hoc vas rursum intra secundum, & hoc intra tertium. Hæc & alia plura R. Moses de Kotzi. R. Iacob, Auctor ar- ba Turim, & alij. è quib. aliqua Oleaster in c.

13. Exod. 3. q. Cur phylacteria vocantur hæc? Ab Hebræis dicūtur פוטרָה, & Hebræorū quidā esse aiunt Ægyptiā vocē, qua significantur conspicilia, idq; Oleastro placet. Sed vertunt pleriq; omnes frontalia. Chaldaica verò voce cōmuniter appellantur תְּפִילִין, vel à תְּפִלָּה, q̄ est adiungere, vt vult Baal Aruch, quasi q̄ nos Deo cōiungant, vti de thephilah id est, de ora- tione Mystici quidam Rabbini docent; no- bisque Dei legem, & Deum ipsum ad un- gant: vel, vt maiult in Thisbi Elias à פֶלַל, & dicunt etiam thephilah manus, capit. Græ- cè verò, cur vertantur φυλακθεία, quæ Latini retinent; duplex opinio est. Cū enim φυλάτις;

Vnde dicitur  
phylacteria.

sit custodire, φυλακτην custodiri, quidam ita putant vocata, quod essent σειραι & amuleta quzdam contra perniciales dæmonū terrores, pestes, insidias. Sic Horapollo lib. 1. hierogl. cap. 14. phylacteria dicit, quibus etiam abique litteris vllis, quidam ιαυτης φυλακτηριστην, ινα της Διμονιων εδι, εφεντη. id est, seipsoz custodiunt, ne quid eos diabolicarum rerum attingat. Ita S. Hieronymus in Matth. 23. Pyctaciola, inquit, illa decalogi phylacteria vocabant, quod quicunque habuisset ea, quas ob custodiam & munimentum sui haberet. Ita etiam quidam, apud S. Epiphanius, quos reiicit. Atque ab ista notione in malam partem vocantur & damnantur à Trullana Synodo vi φυλακτηριοι, qui, ut interpretatur Balsamon, fraude demonis, οπεριανηται, vincula quadam ex sericis filis contexta, qua επαυγια dicantur, prevent. & à S. Augustino serm. 215. de tempore, diabolica phylacteria. In bonam verò partem scripsit Longobardorum Reginæ Theodelindæ S. Gregorius lib. 12. epist. 7. Excellentissimo filio nostro Aduloroaldo Regi transmittere phylacteria (phylacteria) curauimus, id est, crucem, cum ligno sanctæ crucis Domini, & lectionem sancti Euangeli theca Persica inclusam. Alij vero sic aiunt nominata, quod Dei, eiusque Legis & mādatorum memoriam custodirent, essentque per tuum veluti μυησοιων, ne quid peccati imitteretur. Et hoc magis consente-

Cap. 61.

taneum textui, è quo istorum usus & obser-  
uatio à Iudæis petita Deut. 6. versu 8. Exod.  
13. versu 16. vbi pro tophaphoth in Deutero-  
nomio posita est zecaron, id est, ut verterū  
70. μνημόσιων. ideoq; & sic Abenezra זברן explicat. Poscent aliae hic duæ adiungi quæ-  
stiunculæ. Prior, An ad litteram debuerint  
eiusmodi lamellas, membranula inscri-  
ptas gestare Iudæi omnes, an non? Nam ma-  
le ita interpretatos Pharisæos ait S. Hierony-  
mus. Posterior, an hic, sacra illa, quæ à non-  
nullis ex collo gestantur, periammata v. g.  
initium Euangeliij S.Ioannis, crucicula quæ-  
piam, & similia improbentur? Nam impro-  
bari asserit Beza, citans Antiochenam Syno-  
dum. Et videtur omnino improbare hoc eodem  
loco D.Hieronymus. Ad prius Abulen-  
sis in Matth. 23. q. 40. 41. 44. cum S. Hierony-  
mo respondet, nullum fuisse præceptum, quo  
Iudæi ad phylacteria hæc obligarentur. De  
posteriori ab eodem Abulensi q. 38. in idem  
S. Matth. caput 23. à Gretsero nostro in libro  
2. de cruce c. 29. l. 4. c. 47. & Delrio nostro in  
libris Disquisitionum Magicarum, & à me in  
quadam de his oratiuncula dictum aliàs. illud  
nunc satis, Pharisæos, ut maiorem erga Deum  
præ se ferrent religionem, consueuisse latio-  
res istas facere membranas, quod est phyla-  
cteria dilatare. Scribebant, ait S.Hieronymus  
loco citato, Pharisæi in membranis decalogum

Lib. I. disq.  
Mag. c. 4. li.  
6. c. 2. f. 3. q.  
1. 69 q. 3.

Moysè, id est, decem verba legis, complicantes ea & ligantes in fronte, & quasi coronam capitifacientes, ut semper ante oculos mouerentur. quod usque hodie Indi, & Persæ, & Babylonij faciunt.

Fimbrias  
quid.

Fimbriarum verò duplex in Hebræo nomen est. Vnū Num. 15. versu 38. & 39. צְרוּצִים. Alterum, Deuter. 22. versu 12. גַּדְרֹלִים. Quidquid de phylacteriis illis sit, certum est, fimbrias istas fuisse præscriptas, prout in citatis iam quæstionibus indicat Abulensis, adeo ut fimbrias etiam gestaret ipse Dominus ac Salvator noster Luc. 8. verlu 44. Gestabantur autem primò ad diuinorum præceptorū memoriam, ut Num. 15. dicitur. Secundo ad gentes Iudaicæ nonnullam in vestitu à gentibus aliis distinctionem, ut quomodo in corporibus circumcisio signum Iudaicæ gentis daret, ita & vestis haberet aliquam differentiam. Faciunt tamen inter duo hæc nomina aliquod aliqui discrimen, quasi prius significet filorum multorum in vnum veluti globulum congeriem ex vestis ora pendentem, cuiusmodi Germanicè zotten dicimus, ut in capillorum cincinnis, quorum se madentes in Pisone fimbrias videre aiebat Tullius; posterioris fila ipsa, quæ Germanicè fransen, Gallicè franges, vocantur. Sepruaginta tamen simpliciter priore loco χραστις, posteriore σπερια verterunt. Nescio tamen quā factum, ut hoc pænc vestis genus imitati Gentilium quidam

dam sint, prout de Nestore Iliados & refert Homerus. Quemadmodum igitur latiora faciebant Pharisæi phylacteria, sic & fimbrias maiores. Hoc enim est eas magnificare, ut ex ipsa intelligitur cum phylacteriis cōiugatione, licet alias aliquid apud Varronem & Plinium magnificare sit magnificè actare, ac laudibus efferre, itemque apud Euripidem in Baechis τὸ μεγαλύτερον. istaque in bonam partem notione cecinit B. Virgo Luc. i. Magnificat anima mea Dominum, prout rectè nostrum vertisse Interpretem docet è Nouatoribus etiam Henr. Stephanus lib. de Lipsij lassitatem. Sed addit hoc loco mirabile quid S. Hieronymus de Pharisæis nostris. Faciebant, ait, grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant, ut videlicet ambulantes & sedentes interdum pungerentur, & quasi in hac admonitione retraherentur ad officia Domini & ministeria servitutis eius. Cum verò Hebreum gedilim sua ipsius vi magnas esse debere fimbrias demonstraret, maiores tamen adhuc faciebant Pharisæi. Hasce fimbriae gestant adhuc hodie Iudei. Vesticulam enim habent, quæ quadrata sit, & dorsum, pectusque tegat, à lateribus aperta, ut ciliciola quædam esse solent, aut quorundam, qui à pedibus; veste, si manicas detrahant. Ex imis quatuor vesticulæ huius angulis pendent chordulæ totidem, in quarum singulis nodi quinque, ad quinque

E 2 Moysis

Moysis librorum, ut aiunt, memoriam. Eam quandoque, dum inter suos orant; supervestes alias induunt: sub iisdem eam alioqui tegere soliti, vim ei nescio quam aduersus concupiscentiam prauam tribuentes, prout refert Oleaster in Numer. 15. Ridiculè. nisi diuinæ ipsius legis memoria, quæ furentem illam coercet, fieri hoc vellent.

14.

14. De filiorum aduersus parentes pietate sic docebant, Matth. 15. versu 5. *Quicunque dixerit patri vel matri: Munus quodcumque est ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem aut matrem suam.* Quæ verba quantum difficultatis habeant, omnes clamant Interpretes, & recentissimè Maldonatus plurimi sallatis interpretationibus, quatum vnam, quæ Strabi, Hugonis & Lyrani est, tantisper dum melior rem inueniat, sequitur. Iis autem omissis, estimo sensum hunc esse, quem vnius verbi, est, transpositio à nescio quo hic facta, tam obscurum facit. *Munus est, quodcumq<sup>z</sup> ex me tibi proderit, id est, Vos Pharisæi doctri nam diuinæ contrariam docetis hanc, vt dicat qui cumque cuicumque, sed præsertim parenti opis indigo filius, Munus est, seu Deo oblatum est, aut Deo votum & dicatum fit omne illud, quo tibi prodesse possum.* Nam primo ea vis verborum Græcorum Δῶρον, ὁ ἔαντες ἐμοὶ αφελθῆς. Secundo clare sententia ista, isteque verborum ordo in D. Marco cernitur c. 7. versu 11.

Corban,

**Corban**, quod est donum, quodcunque ex metibi profuerit. Tertio, vertere consueuerunt Interpretates Græcè **Corban** δῶρον, & noster **donum**, & **munus**, quod Deo offertur, vt Leuitici i. 2. & sequentibus, ad Hebreos c. 5. versu i. c. 8. v. 3. Quarto, in Iudæorū Thalmud tract. de iure-iurando & votis, hæc vouēdi formula disertè adhuc legitus בְּלֹא קָרְבָּן מִנֵּי, id est, donum seu anathema Deo sit omne illud, quod gratum tibi fieri potest à me, seu, quod à me tibi prodesse potest, prout rectè in Iosue sexto annotauit Masius. Egregium verò illud apud Theophrastum lib. de legibus, vetuisse Tyrios, ne peregrina quis iureiuranda iuraret, in iisdemque recensuisse, ἢ δηικαλάμψειον δέκον, Κορ-  
λάν, uti annotauit lib. i. contra Apionem Iosephus pag. 927.

15. De iplorum verò iuramentorum religione iidem sic docebant, Matth. 23. versu 16. **Quicunque iurari per templum, nihil est. Qui autem iurari in auro templi, debet.** Et versu 18. **Quicunque iurauerit in altari, seu per altare, nihil est. Quicunque autem iurauerit in dono, seu per donum, quod est super illud, debet.** Erant autem hæcertæ iurisiurandi formulæ apud Iudæos, sicut & illa Matth. 5. versu 35. per Hierosolymam, per caput, per quod iurant adhuc Iudæi apud Rambam tom. i. fol. 23. in halekah Thalmud haithorah c. 7. & videri potest Hierosolymitanus Thalmud in Sanedrin, rursumque de

15.

E 3 aliis

aliis etiam dictis Rambam tomo 3. fol. 374.  
375. 381.

16. De ipsorum erga veteres Prophetas amore, Matth. 23. versu 29. Edificabant sepulchra Prophetarum, & ornabant monumenta iustorum, & dicebant, *Si fuissimus in diebus Patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum.* Et Luc. 11. versu 47. 48. sed de hoc iterum postea.

17. De ipsorum erga S. Ioannem Baptistam animo. Quidam eius Baptisma suscipiebant, Matth. 3. versu 7. quidam respuebant Luc. 7. versu 30. Eum tamen maximi faciebant, & magno cum honore legationem ad ipsum obieciunt, ut quisnam ipse esset cognoscerent, an CHRISTVS, an Propheta, Ioan. 1. versu 19. & 24.

18. De eorundem erga CHRISTVM Dominum affectu. Ipsi quidem generatim agnoscabant CHRISTVM esse filium Dauidis Matth. 22. 42. sed IESVM nostrum esse CHRISTVM ipsum, Deique filium ignorabant, ait S. Epiphanius, imo & contumacissime, proteruisimique negabant, ipsique quibuscunq; poterant, modis obsistebant. Primo quidem accusando ipsum violatæ legis ob Sabbathū violatum iis modis, qui supra indicati ex Matth. .versu 2. Lucæ 6. versu 7. Io. 9. versu 15. & a-  
. Secun**v** culpando, quod maiorum traditio-  
nes transgrediceretur, non lauando manus  
ante

ante cibum, vel certè non docendo discipulos, lauandas esse: manducando cum peccatoribus, & similia, de quibus suprà ex Matth. 9. & 15. Marc. 7. Luc. 7. & 19. versu 39. *Tertio* male interpretando CHRISTI Domini dicta, facta: ea tribuendo vanæ gloriæ, Io. 8. 13. *Tu de te ipso testimonium perhibes: ipsi etiam Dæmoni* Matth. 9. 34. c. 12. 24. *In principe demoniorum,* eiicit demonia. Et sicut ilia in Hierosolymitano Thalmud tract. Auodah zarah 17, Rambam tomo 1. fol. 10. 2. *Quarto* ei obiciendo, quòd, quæ Dei sunt, sibi usurparet, ut peccatorum remissionem Luc. 5. versu 21. *Quinto* sæpiissimè ipsum tentando, & in sermone capere conādo, per disputationes, argumentationes, & contentiones Ioan. 8. per subdolas interrogations de vxoribus dimittendis, Matth. 19. 3. de Cæsaris censu, Matth. 22. versu 15. & 16. de adulteræ iudicio Ioan. 8. 4. 5. per miraculorum petitiones, Matth. 12. 3. 4. c. 16. v. 1. *Sexto* conando ipsum perdere, Matth. 21. 45. Io. 4. v. 1. & apertiùs Io. 7. versu 32. dum certos apparatores, & milites, qui eum caperent, miserunt. *Septimo* capiendo ipsum, missa in Hortum, ubi tūc erat, cohorte Ioan. 18. 3. mortem eius per testimonia falsa, & Pilatum procurando, ut non quidem nominatim usquam dicitur, sed colligi videtur ex Marci 14. versu 53. 55. c. 15. v. 1. Post mortem vero, eius resurrectio nem, & de ea prædictionem impedire nitendo, Matt.

27.v. 62. Denique ipsius doctrinam, discipulos, & sectatores grauiter ac saeuè persequendo, Ioan.7.versu 47.48.52.c.9.versu 22.& 34 c.12.versu 19.& 42. Huiusque rei causâ, metuebat, noctuque ad Christum ipsum veniebat Nicodemus, Ioan.3.

19.

19. Sedeabant super cathedra Moysis, Matt. 23. primo, *cathedra*, vel propriè pro materiato sedili, siue ligneū, siue aureum, aut lapideum sit, sumitur, vel tropicè. Putauit Euthym. hic propriè sumi, ut 2.Esd.8.versu 4. Improbant alij, quia priscis illis temporibus non erat apud Iudæos consuetudo, ut qui scripturam aut legebat, aut interpretabatur, in suggestū ascenderet, aut in sedili aliquo sederet, sed surgeret, ac staret. potestque confirmari primo ex illo ipso, qui pro materiato Euthymij ambone citatus est, 2.Esd.8. ubi legis librum legit Esdras stans, & stantibus iuxta eū Matthia, Semeia, & aliis. Secundo, Christus Dominus Luc.4. v.16. intravit secundum consuetudinem suam die Sabbati in Synagogam, ut surrexisset legere. Tertio, Actuum 13. v.16. in Antiochenā Synagoga, Surgens Paulus, & manu silentiū indicens, ait, *Viri Israelite*. Quarto, estidem hodie mos apud Iudæos s. olim etiam apud Christianos 1.Co.14.30. Quinto, qui audiebant Dei verbum, stabant Iud.3.vers.20.& apud Christianos olim, teste S. Augustino homil. 26. Quanto igitur magis, qui illud annuncia-

nunciabant? Sedendi tamen consuetudo Doctoribus, cum in Scholis, Synagogis, & Templis docerent; ubique semper vilitatior, etiam apud Iudeos. Primo enim CHRISTVS Dominus Luc. 4. cum è Scriptura locum legislet, librumque plicuissest, sedet, versu 20, tumque docere cœpit, ut sequentib. explicatur versibus. Secundo, Videns idem Dominus turbas ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos, Matth. 5. versu 1. & 2. Sedens docebat de nauicula turbas, Luc. 5. v. 3. Iterumq; versu 17. Et factum est in una dierum, & ipse sedebat, docens. Rursumque Ioan. 8. versu 1. Sedens docebat eos. Tertio, Et duodennis cum esset, Sedebat in medio Doctorum, audiens illos, & interrogans eos, Luc. 3. 46. Si in medio Doctorum sedebat puer, sedebant & ipsi Doctores. Quin verò puerum hunc ad sublimiorem tum cathedram ab admirantibus, & obstopescientibus omnibus, qui eum audiebant, iussum ascendere, ex ea que ipsa docentem, pingunt pictores. quos quidem è vetere proverbio, Pictoribus atque Poetis, reprehendit S. Vincentius; sed parum fortasse merito. Neque enim, si quando sibi ipsiis figmenti aliquid illi indulgent, idcirco errare semper putandi. Et sane hac in re suffragatorem habent illi veterissimum Scriptorem Sedulium, dum ait,

---

senioribus esse  
E s Corde

*Corde videbatur senior, leguq; Magistros*

*Inter. vt emeritus residuebat iure Magister.*

Quid verò Ecclesia? Nōne in Dominicæ, qua Euangelium illud legitur; Missæ principio ex Ecclesiastici 24. illud recitat, *Vidi super celo throno sedentem?* Quarto, sed vt ista omittam, metaphoricae, de quibus postea; cathedræ, veras in docendo cathedras visitatas fuisse cōmonstrant. Quinto, ad Magisterij auctoritatem pertinere, vt sedeat Magister, docet S. Augustinus li.1. de sermone Domini in monte, c.1. Et hinc stare nolebat coram filiis discipulis Arsenium doctorem Theodosius Imperator: Hinc veterum exedræ, Philosophique cathedralici: hinc apud nos Episcoporum throni, & cathedræ, de quibus S. Chrysostomus hom.3. ad Coloss.1. D. Aug. lib.4. de doct. Christiana, c.27. & in Psal. 36. comm.3. Hinc denique Academiæ ac Scholæ apud Hebreos vocantur *Ieschiboth*, quasi sessiones: & discipuli coram Prophetis sedent, 4. Reg. 6. versu 2. itemque in Pirkeauoth cap. 3. & c.5. Haud tamen negandum, aliquando & alicubi factum, yt vel reuerentiæ causâ, vel alio quopiam fine & occasione staretur, vel à docentibus, vel à discentibus, sicut & in Peripato ambulatum. Et cum dicitur Christus Dominus in v.4. S. Paulus Act. 13. alij 1. Cor. 14 surrexit Christiatis significatur, eos antea, cæterorum omnium more, vna cum ipsis sedisse.

Mibi

Mihi ergo alia de causa videtur non propriè, sed per seipsum cathedra hoc loco a cōcipi. Nā vel cathedra Moysis esset vna quæpiam cathedra, in qua propriè olim sedisset Moyses, vel vna, in qua doceretur Moyses, vel certè quæcunque tandem cathedra, in qua, & ex qua legeretur ac doceretur Moyses. Non primum, quia talem vnam, iam inde à Moysis temporibus ad CHRISTVM usq; Dominum, cathedralm ullam custoditam narrat nemo. Licet enim si lapidea vel aurea fuisset, nondum illam confecisset vetustas, tot tamē tam atrocium bellorum tempestates eam vel con- triuissent, vel aliò abstulissent, multoq; magis ligneam incendissent. Neque enim è Perside, aut aliunde reducem, aut alicubi; sacræ arcæ, ignisve instar, custoditam fas fingere. Non secundum, quia nec talem vnam legimus. & si fuisset, super ea tot Scribæ, totque Pharisei considere haud quiuisserent: cumque ipsam exedisset tempus, iam non amplius esset cathedra Moysis; aut certè pluribus istiusmodi nomen commune esset. Non tertium, quia super cathedra Moysis federent non Scribæ, & Pharisei tantum, sed Patres matresque familias omnes, cum priuatim docere liberos suos deberent legem, & ceremonias, quas præscripsisset Moyses, Exodi i. xi. 1. su 26, 27, Deut. 4. versu 9. 10. c. 6. versu 20. t. versu 19. Sadducæi etiam & Samaritanæ federent in Moysis

Moysis cathedra. quia in Garizitano templo suo Moysis legem legebant, docebant, & quidem hi tanto sibi magis Moysis cathedram vendicarent, quanto Mosaicum magis videbatur, quod faciebant ipsis; Moysen solum recipere, cætera Prophetarum omnium scripta repudiare. Sic enim hodie nostri gloriantur Lutherani & Caluiniani, se Scripturas maxime colere, quia solas eas audire se aiūt, aspernari cætera. Imo Pharisei quoties in Synagogæ alicuius cathedra quapiam federent, ibi semper Moysis cathedra esset. Fuisse si quidem plures in Synagogis cathedras, planum ex Matth. 23. versu 6. Luc. 11. 43. Sed si hac in cathedra tropus, quid ea igitur significat? *Doctrinam legis*, ait S. Hieronymus quem & V. Beda sequitur. sed præcisè non est doctrina hæc accipienda. Nam alioquin, ut supradicebam; cathedram hanc tenuissent etiam domi suæ Iudaici parentes, omnesq; qui aliqua in Schola, vel Synagoga Moysen, pueros, aut alios docuissent; eamque sibi arrogassent maximè Sadducæi & Samaritani. Est igitur cathedra hæc ipsa quidem legis doctrina, sed, cum auctoritate publica & legitima, doctri, & proposita: siue ipsa legis docendæ ac proponendæ auctoritas publica, & legitima. ita ut sedere in cathedra Moysis, aliud nihil sit, quam Mosaicam legem docendi & explicandi auctoritatem, potestatemque publicam, & legi-

& legitimam habere. Primo enim apparet hoc ex iis, quae iam disputata: deinde ex eo, quod absq; potestate legitima in templo docere nulli fas, vt obiciunt CHRIS TO Domino Seniores, & Principes, Matth. 21. versu 23. Nam cum venisset Dominus in templum, accesserunt ad eum docentes Principes Sacerdotum, & Seniores populi dicentes: *In qua potestate hoc facis, & qui tibi dedit hanc potestatem?* Dabat autem eam primò quidem Pontifex, deinde, qui ab eo potestatem eam habebant, vt Archisynagogi, quorum mentio Matth. 5. Luc. 8. & 13. vt ab Abulensi notatum q. 14. in Matth. 23. Sic sumi etiam solet solium, *thronusq; Regis*, pro regia potestate: Genes. 41. 40. Deut. 17. 18. 3. Reg. 30. 37. & sequentibus, Proverb. 16. versu 12. Ierem. 17. 25. c. 22. 30. Daniel. 5. 20. Abdiae 3. Sic *Dei sedes, solium, & cathedra*, Psal. 44. 7. Psal. 46. 9. Psal. 102. 12. Isa. 6. Ezech. 28. versu 2. alibi. Sic *sedes & thronus magni quondam Sacerdotis*. Nam in illo ipso Gorionidae capite, de quo inter me ac Drusium certatio; dixit Hyrcano Eleazar Phariseus: *Descende è solio Sacerdotij, & sufficiat tibi solium regni*, id est, abdica te potestate Pontificali, & contentus esto regali sola. Sic hodie S. Petri *cathedra*, est Pontificia in Christiana Ecclesia potestas. Quarto, ob eandem rationem videtur vocari clavis scientie, Luc. 11. 32. Est enim potestatis *symbolum clavis*, Isa. 22. Apoc. 3.

Quinto,

Quintò, hue valdè tendunt, quæ ex S. Augustino postea notabuntur. idque voluit hoc loco Lyranus, appellans auctoritatem, & potestatem iudicioriam, per hanc intelligendo Ecclesiasticam & Spiritualem, non eam, quæ forensis est & civile tribunal habet, ut accepisse Lyrani verba videtur Abulensis q. II. dum cōtra ea obiicit, qui tamen neque ibi, neque q. 14. ab illius animo discrepat. Sed è Nouatoribus vnum in Matth. 23. audiamus Bezan: Significat, ait, Dominus hunc ordinem interpretanda legis (cuius fit mentio, Num. 11. 16.) diuinitus esse constitutum, ac proinde audiendam esse veritatem, etiam ex ore mercenariorum & hypocritarum Doctorum. Sextò, Iosephus lib. 13. c. 18. dicit ab iis quædam constituta, eosque vbi ipsa πολλὰ πρὸ τῆς διδασκαλίας τὸν θύμοφέν τε πατέρων οὐγέδοχος, ἀπεργάντες εἰς τοῖς μαυρίστες γόμοις, quæ ideo Sadducæorum respuebat hæresis. Septimò, subditur in eodem capite Matth. 23. versu 4. Luc. 11. versu 46. eosdem Phariseos & Iustisperitos onera grauia solitos alligare, adeo ut Caluinus per alligationem istam intelligent excommunicationem, quæ, ut in Ecclesia Christiana est, sic & olim in veteri Synagoga pœna fuit non leuis, Io. 9. 2. Esd. 13. 28. At Mat. 7. verlu 29. Erat CHRISTVS docens, sicut poterabens, & non sicut Scriba & Pharisæi. In latino nostro ait Syriacus textus. in his potestas. Respondent quidam,

dam, potestatē hic vocarieam, qua quis suo  
ipsius nutu, & auctoritatē leges ferre potest.  
Alij, potestatem non aures tanūm exteriūs,  
sed animos etiam interiūs feriendi ac permo-  
uendi. Alij demum, mirabiliorum potesta-  
tem, quib. quod verbo docebat, re ipsa con-  
firmabat Dominus. Si omnia simul hæc con-  
iungantur, numeris erit omnibus expositio  
absolutior. sicque Luc. 4. versu 32. *Stupebant  
in doctrina eius (CHRISTI) quia in potestate erat  
sermo ipsius.*

## CAPUT IV.

*An Pharisaorum dogmata, vel insti-  
ta omnia mala?*

**S**Vspicetur id ex eo aliquis. Primo, quod  
Ipsi ubique à CHRISTO Domino tanto-  
pere culpentur. Vocantur enim *Hypocrites*,  
Matth. 15. versu 7. c. 22. 18. c. 23. s̄epissimè, *aua-  
ri*, Luc. 16. versu 14. *stulti*, Matth. 23. 17. 19. Luc.  
11. 40. *inanis gloria cupidi*, Matth. 6. v. 2. 5. Matth.  
23. v. 5. 6. 7. Luc. 11. 43. *foris parentes*, ibi. & 28. *se-  
pulchra de albata*, Matth. 23. v. 27. *monumenta*,  
*qua non apparent*, Luc. 11. v. 44. *Pleni rapina &  
immunditia*, Matth. 23. 25. *Pleni hypocrisi & ini-  
quitate*, 16. v. 28. *cacci*, Luc. 9. 40. Matth. 15. v. 14.  
c. 23. 16. 17. 19. 24. 26. *generatio mala & adultera*,  
Matth. 16. v. 4. *Serpentes & genimina viperarum*,  
Matth. 3. v. 7. & c. 23. 33. *Denique filij gehenna*,  
Matth.

Matth. 23. 15. Secundò clarissimè verò CHRISTVS Dominus Matth. 16. v. 11. Cauete à fermento Pharisæorum & Sadduceorum. Et cum quidnam intelligeret, exposuisset. Tunc, versu 12. intellexerunt, quia non dixerat, cauendum à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum & Sadduceorum. Tertiò, iisdem ait idem CHRISTVS Dominus, Matth. 15. v. 3. Quare vos transgredi-  
 misi mandatum Dei, propter traditionem vestrā? idque deinceps probat sicuti Marc. 7. Quartò, Matth. 5. v. 21. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. hosque postea docet vel errasse, vel minus accuratos fuisse in expositione mandatorum Dei, de homicidio, versu 23. mœchia, versa 28. repudio, versu 32. periurio, versu 34. talione, versu 38. Quintò, totum S. Matthæi caput 23. in iis perstringendis, magna que item capit is. S. Luc. pars occupatur, & quidem cum terribili væsæpius ingeminato. Sextò, D. Hieronymus in c. 16. Matth. Fermentum Pharisæorum & Sadduceorum nō corporalem panem, sed traditiones peruer-  
 ses, & hæretica significat dogmata. Et paulò post: Hoc est fermentum, de quo Apostolus loquitur, modicū fermentum tam massam corruptit. Istiusmodi fermentum, quod omni ratione vitandum est, habuit Marcion, & Valentinus, & omnes Hæretici, postea Hæreticam doctrinam cum fermento comparat. Idem D. Hieronymus in Isaia

Ifaiæ c. 8. eos ait suis deuterisibus legis præcepta dissipasse ac maculasse. Rursumque in Epistola ad Algasiam, eas deuteroses vocat *aniles fabulas, quarum, ait, pleraque tam turpia sunt, ut erubescam dicere.* Rupertus cum in Hieremiam lib. i. c. 4. dixisset ab illo destruenda, quæ male essent ædificata, subiunxit: *Qualia maximè sunt Scribarum & Pharisaorum conciliabula, radicem auaritie fixam altè in terra habentia.* Octauò, Phariseos vocant hæreticos S. Epiphanius, & Philastrius, per eosq; significari hæreticos, ait è recentioribus Maldonatus in Matth. 3. v. 7.

Quædam hic adhibenda distinctio. Nam *Distinguenda* Pharisaorum dogmatum & institutorū quædam satis apertè mala sunt, ut ex iis, quæ supera dicta sunt, primum de fati necessitate, secundum de nimia syderum efficacitate, tertium de animorum transmigratione, decimum quartum, de liberorum erga parentes impietate, decimum quintum, de iuramentorum inanitate. sed omnium pessimum, & sceleratissimum est decimum octauum, de summa in IESVM CHRISTVM incredulitate, nequitia, & immanitate. Quædam verò satis *Bona* quæ apertè bona ex genere suo sunt, ut octauum *dum.* & nonum de oratione & iejunio, vndecimum de facultatum omnium decimatione, sextumdecimum de supremo veteri *Proprietatum* honore, vnde uicesimum dicitur *igit* næle-

F gis

gis docendæ ac interpretandæ officio. Nam in his valet illud CHRISTI Domini Matt. 23. versu 23. & Luc. 11. 42. Oportet ista non omittere. Quid enim hoc necessitatis verbum, oportet, aliud significat, quam ea, de quibus illic agebat Dominus, Pharisæorum instituta nequam negligenda, ideoque & bona esse?

Quædam deinde minus apertè mala, vel bona sunt, ut quartum de maiorum traditionibus, septimum de Sabbati tanta obseruantia: decimum de tanta in vietu & somno austerritate: tertium decimum de phylacteriorum amplificatione, fimbriarumque magnificatione.

*Tam mala, quam bona male ab iis siebant,* Omnia tamen tam bona quam mala, tam aperta, quam dubia in Pharisæis meritissimò reprehenduntur. quia ipsa etiam,

quæ palam, & ex se bona erant, multo etiama magis illa, quæ obscurius bona vel erant, vel esse poterant, deprauabant & corrumpebant, prout argumentum fere primū ostēdit. Nam potius ad vanam bona illa gloriam, & ambitionem referebant. *Omnia*, inquit Dominus Matth. 23. versu. 5. opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus. versu 6. Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro. & votari ab hominibus Rabbi, Luc. 11. versu 43. Secundò, hypocrisim plurimam adhibebant, multamque, qua penitus carebant, sanctitatem simulabant. locus superindicatus. Tertiò, opes quærebant, ad eamque

fumque aucupium preces, aliaque nonnulla faciebant Matth. 23.14. *Comeditis domos viduarum, orationes longas orantes.* Quartò, magnificè seipso circumspiciebant, ostentabant, iactabant, Matth. 6. Luc. 18. Quintò, alios despiciebant, Luc. 7. & 18. Sextò, superstitione paruula quædam seruabant, alia multo maiora licenter violabant. *excolantes, inquit Dominus Matth. 23. v. 24. culicem, camelum glutientes.* quod proverbum est ab calidioribus regionibus, cuiusmodi Iudæa erat, petitum, vbi frequens in vinaria vase, & pocula, si vel aliquantis per pateant, culicum inuolatus, ita ut vinum si quidem id bibere quis valde putrum velit, percolare necessum sit, ipsosque in colo retentare culices. quemadmodum & olim calicum, si quid in eos noxiū, aut impurum forte incidisset, vinum, Coloniae, Moguntiae, ac alibi colabatur, prout in Moguntiacis meis notaui. Qui ergo animalculum tantopere haurire formidabant, ij vastissimum animal camelum, inquam deglutiebant. Septimò bona quædam sponte, vltroque suscepta, neque necessaria studiosissime consecabantur: & quæ in lege Domini necessaria, multoque grauiora & maiora erant, posthabebant, verbi causa, iudicium misericordiam & fidem, Matt. 23.23. Hec enim, quæ necessaria, grauioraque, ac utiliora sunt, oportet facere, illa vero bona quidem, sed non necessaria.

& leuiora oportet non omittere, si quis ea scili-  
cket sibi ipsi indixerit, ad eaque ex voto, vel a-  
liquo vitæ instituto scle obligarit. Sic enim  
istud in posterioribus repetendum, oportet,  
accipio. Octauò, aliis bona quidem aliqua,  
sed grauia, & molesta imperabant, quæ ne  
digitulo quidem attingebant ipsi, Matt. c. 23.  
versu 4. Nonò, doctrinæ suæ bonæ conueni-  
enter non viuebant, Matth. 23. v. 3. Decimò,  
multis exemplo malo erant & scandalo. Id-  
eoque ibidem v. 13. claudebant regnum cæ-  
lorum ante homines, neque illud introibant  
ipsi, neque introire alios sinebant. quod et si  
aliter alij; rectè quo ad CHRISTVM Domi-  
num, eiusque Ecclesiam sumi videtur, à qua  
suo quamplurimos exemplo autocabant Pha-  
risæi. Ad idemque malum exemplum reuocat S. Augustinus lib. 16. contra Faustum c. 29:  
quod de proselytis dicitur Matth. 23. vers. 15.  
eos à Phariseis fieri gehennæ filios. Non quia  
circumciditur, ait, sed quod eorum mores imitatur,  
fit proselytus filius gehenna. Et paulò post: Fiebat  
proselytus filius gehennæ, non à Phariseis verba le-  
gis audiendo, sed eorum facta sectando. Hoc ergo  
dici posset tunc proselyto circumcisio, quod Paulus  
dicit Rom. 2. Circumcisio quidem prodest, si legem  
custodias. Hæc tamen expositio explicat so-  
lum, quomodo proselyti redderentur à Pha-  
risæis gehennæ obnoxij, non autem cur du-  
plo quam illi magis. Ideo adiūcit idem S. Au-  
gusti-

*Proselyti  
quomodo  
fiebant ge-  
hennæ filij.*

gustinus. *Quia verò ille in non custodienda lego  
 Phariseos imitabatur, siebat filius gehenna. Pro-  
 pterea quantum arbitror, duplo quam illi, quia hoc  
 negligebat implere, quod propria voluntate susce-  
 perat: non ex Iudeis natus, sed spōnte Iudaeus fa-  
 ctus.* Verum, et si modo isto concedantur fieri  
 duplo digniores suppicio proselyti, nondum  
 tamen id efficerent Pharisei. Undecimò igi-  
 tur, et si alia dicunt alij, videntur Pharisei du-  
 plicem proselytis suis gehennā creasse, quod  
 neque satis curarent, ut priorem in Gentili-  
 smo malitiā, morumque prauitatem illi  
 abiicerent, & nouæ adiungendæ occasiōne,  
 ipsis, exemplumque prauum suggererent.  
 Deinde verò, quod Mosaicam iis legem laxa-  
 rent, quædamque iis permitterent, quæ illa  
 prohiberet. v.g. coniugia vetita. Testantur  
 hoc tum ea, quæ scripsit Rambam tom. 2. fol.  
 137. vbi agit de *Din thorah lecouthim*, id est, de  
 iudicio & modo legis Cuthæorum, seu Sa-  
 maritanorum & Gentilium: tūm verò illa  
 Rabbinorum quorundam querela, dura ex-  
 pliante, quæ in Moysis legē duriora, & quæ  
 delinquentibus pœnæ constitutæ sint, omni-  
 bus, qui ad Iudaismum venire vellēt, propo-  
 ni debere. Certè, inquiunt, bonum esset Israeli  
 non tam multos è Gentibus fieri proselytos. quia Is-  
 raeli graues ac noxii sunt. quia cum in legē Mosai-  
 ce institutis exercitati non sint, fit ut eorum opera  
 discant Israelita. Vade & vide quantum malifa-

*etum sit in negotio vituli, & in sepulchris concupiscentia. Ad illum enim adorandum, & ad Aegyptiacas ollas concupiscendum auctores Israeлитis fuere proselyti Aegyptiaci.* Duodecim, denique Pharisei cum bonis quibusdam operibus alia quae mala illis ipsis profitebantur; copulabant, sicque bonis alioquin actionibus, contra seipso quasi sententiam pronunciabant, ut n. 16. supra notato capite de veterum Prophetarum ac iustorum, quoad eorum mausolea, honore. Prudentissimo enim syllogismo, ut beatus loquitur Hieronymus, contra illos unus est Dominus, isq; colligi potest sic:

Quicunque male agentes vituperat, eosq; tamen imitatur, male agit, seque ipsum condemnat. Sed vos Pharisei eos, qui male agunt, vituperatis, eosque tamen imitamini, Ergo. Assumptio probatur quoad priorem partem. Dum exstruitis & ornatis Prophetarum, atque Sanctorum, quos vestri occidere maiores; monumenta, vos & facto & verbo male maiores vestros fecisse profitemini. Facto quidem, quia dignos ornatu iudicatis, quos illi vita indignos: & quos illi cædibus mactarunt, vos mactatis honoribus. Verbo autem, quia dicitis, si fuissimus in diebus Patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum. Iam vero, quoad posteriorum partem, eadem probatur assumptio. quia eos

*Sepulchra  
Prophetarū  
quomodo  
male adi-  
cabat Pha-  
risei.*

*in Matt. 23.*

*Ierem. 2. 9.  
go. & 34.*

estis animo, ea obstinatione ac truculentia, ut simili modo velitis iam occidere, exquisitisque suppliciis afficere Prophetas, & Sapientes, & Scribas, qui à Deo ad vos mittuntur. Sed accommodatè ad institutum suum, tempusque illud præsens, variis posteriorem hanc partem, eiusque probationem modis effert Dominus. Primo per concessionem, Matth. 23. versu 32. *Et vos implete mensuram Patrum vestrorum.* licet è Græcis quibusdam vetustis, in quibus est ἐπληρώσατε, verti posset: *Et vos impleuistis mensuram Patrum vestrorum,* id est, animi proposito, & obstinata nequitiae voluntate iam exæquias maiorum improbitatem: iis scelere iam ac malitia pares estis. Secundo per prædictionem versu 34. promissiōni factæ consentaneam. *Ideo ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex iis flagellabitis in Synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem.* Tertio per argutam partis vtriusque contentionem apud S. Luc. c. 11. v. 48. *Profecto testificamini, quod consentitis operibus Patrum vestrorum, quæ opera esse impia, probatur, quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem edificatis eorum sepulchra.* quasi vita, & honore dignissimorum. Et tamen, quæ in maiorib. improbatis, eadem ipsi facitis. Propterea versu 49. *Et sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas & Apostolos.* Et ex illis occident, ac persequen-

F 4 tur.

tur. Atque sic locus alioqui difficilis non difficulter intelligitur. quem illustrant etiam hę sanctorum Patrum orationes. D. Augustinus lib.2.contra aduersarium legis cap.5.cum explicaret verba illa, *filiij estis eorum. qui Prophetas occiderunt; filios, ait, vtique dixit Dominus imitatione sceleris, non propagine generis.* Non enim quod ex illis secundum carnem nati erant, hoc eis esse poterat criminis, sed quod eis se similes infidelis crudelitate monstrabant. Ideoque conuertit ac dicit: *Et vos implete mensuram Patrum vestrorū.* Et postea. Nempe constat, nempe manifestum est, imitando esse istos filios malorum, à quibus Prophetæ sancti & iusti, ab ipso Abel, quem frater occidit, usque ad Zachariam, quem isti occiderunt, persecutioes impiissimas, & sceleratissimas pertulerunt. Nam quomodo super istos venit illorū sanguis, qui longe ante vixerunt, quam isti vel nascerentur: nisi quia unum genus, una conspersio, una massa est impiorum, imitatione sibi met connexorum. D. Chrysostomus hom.75.in Matth.5. Non quia edificant, inquit, nec quia Patres suos accusant, ut illis dixit, sed quoniam ita facientes, & ita dicentes, Patres suos condemnare audebant, cum ipsi peiora committerent. D. Ambrosius in c.ii.S.Lucæ:Prophetorum,inquit, *edificatione tumulorum, sceleris eos qui occiderunt, arguebant, & similium emulatione factorum se quoq; declarabant paterna iniquitatis heredes: non igitur edificatio, sed emulatio loco criminis affimatur.* Eorum

rum verò, quæ obiecta sunt, vel patet iam ex dictis explicatio, vel certè è deinceps dicendis patebit. Nam requirunt quædam quæstionis aliquid.

## CAPUT V.

*An Pharisi omnes mali?*

**C**Vm Pharisæorum dogmata & instituta, vel prava, vel ab ipsis certè depravata, multorumque haud leuum peccatorū foribus contaminata fuisse ostensum sit, cumque vniuersè in eos Dominus, tam vehementer, tamque crebro, ac serio detonet, quis in tam scelerata, tamque damnata gente innocens? quis non malus? quis non damnatissimus? Attamen neque ipsius per se sectæ vitia *Pharisa-*  
*rum sectæ*  
hæcerant, neque eorum, qui eam sequebantur, omnium. Prius illud ex Apostolo intel- *per se non*  
*mala.*  
ligipotest, qui Actor. 26. versu 5. coram Festo Romano Præside, Agrippa Rege, magno que Iudicum, & Palatinorum confessu ait: *se-*  
*cundum certissimam sectam nostræ religionis, vixi*  
*Phariseus.* Quomodo quofo Iudaici cultus ac religionis erat Pharisaica secta omnium certissima, si ex instituto, primaque origine sua, tot criminibus, superstitionibus, mendaciis, & ineptiis conspurcata? Græcè verò dicitur *āgeoris ἀριστεῖον*, id est, secta exquisitissima, & accuratissima. Et post D. Paulum, à Iosephō

F 5 lib.

lib. 2. Capt. c. 12. eodem p̄ne vocabulo Pharisæi dicuntur, οἱ δοκ̄ητες μετ' ἀριστέας ἐξηγεῖται τὰ ρώμια. Et lib. 7. Antiq. c. 3. ἐπ' ἀριστάσιμηα περὶ τὸ παλαιὸν ρώμην μόνον τοῦτον indicat. Quomodo exquisitissima & accuratissima secta, si in rebus tam illustribus & perspicuis, tam ad verum Dei cultum, & omnium utilitatem spectantibus, ē suorum axiomatum vi, adeo fœdè ac turpiter labebatur? Quomodo cum accurratione maxima patriam legem sapientibant, ac edisserebant Pharisæi, si falsitates, errores, nūniasque suprà indicatas vrgebat eorum disciplina necessariò? Syriacè porro, in eodem Aetor. loco, vocatur eadem secta iouphana rischaia, id est, doctrina & institutio prima, ut etiam à Iosepho li. 2. Capt. c. 12. dicitur, seu præcipua & principalis. Quod si cōmenta & absōna, quæ hactenus recensita; ē principiorum suorū vtero genitali, necessitate quadam patiebat, quomodo non sectarum potius omnium postremissima, & despiciatissima? Aut illud profecto dicendum foret, τὴν θρησκείαν Ισραηλίου, religionem Israeliticā, nihil tunc purum, liquidum, & syncerum habuisse. Nam si quod in aliquo genere optimū censemur; id pessimum est, quid erunt cætera? quam genus totum vitiosum, inquinatum, & detestabile? Posterius verò, quod asserebat, vitia, de quibus antea; Pharisæorum haud omnium fuisse, an non ipse satis indicat idem eodem

*Matth. 6.*

*6. 13.*

*Non omnes*

*Pharisæi*

*mali.*

codem loco Apostolus? Ab initio, inquit, secundum certissimam sectam nostræ religionis, vixi Phariseus, &c. 22. v. 3. nutritus iuxta veritatem (τὴν ἀρχὴν, ut suprà) paternæ legis. Et ad Philip. c. 3 v. 5. Si quis alius, ait, videtur confidere in carne, ego magis, circumcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebreus ex Hebreis, secundum legem Phariseus. Et postea versu 9. dicit, se in CHRISTO IESV iustitiam, quæ ex lege est, habere noluisse, ut illam, quæ ex fide est CHRISTI, haberet. Iustus igitur antea secundum eam, quam non Pharisæica hypocrisis & improbitas hactenus explicata, sed lex ipsa dabat; iustitiam erat præsertim, quia ibidem ait, Ego secundum iustitiam conuersatus, quæ in lege est, sine querela. Sicque Mosaica iustitia cum fuisset iustum, planè pronunciat D. Hieronymus lib. 1. & 2. ad Gala. in c. 3. Quid ipsius Apostoli Doctor, ad cuius pedes eruditus iuxta veritatem paternæ legis Act. 22. v. 3. Gamaliel? Nonne Phariseus erat? Nonne vir probus, & à Pharisæica inuidia, cæcitate, ac furore alienus? Cum S. Petrus & Apostoli à Iudæis capti, à Sacerdotum Principe obiurgati, à Sadducæis, aliisque in concilio illo funesto confidentibus, tanquam efferis lupis, agnorum instar, circumdati essent, Surgens, ait S. Luc. c. 5. Act. v. 34. quidam in concilio Phariseus, nomine Gamaliel, legis Doctor, honorabilis in iuventute plebi, iussit foras ad breue tempus fieri: tandemque illos ex horum liberauit fauci-

bus, & eorum se tandem numero adiunxit, ut in *Paulo* meo no. 10, & 11. exposui. Erat autem *Ioannis* 3. vers1. homo ex *Phariseis* *Nicodemus nomine*, *Princeps Iudeorum*. Et virum eū fuisse rectum, simplicem, veritatisque aman-tem apparent ex tota *CHRISTI Domini* cum eo sermocinatione, rursusque ex ipsius in synedrio pro *CHRISTO Domino* apologia, *Phariseorumque* aliorum in ipsum ira *Ioan.* 7. v. 50. & sequentibus. Denique ipsius ad aromaticam, dapsilemque ac honorificam ei-iusdem Domini morte iam sublati conditura-ram accursus *Ioan.* 19. v. 39. quid nisi virum bonum spirat? Qui *CHRISTVM Dominum* adhuc infantulum vlnis accepit, cygneam-que de dimissione sua hymnodiam cecinie *Luc.* 2. v. 28. & sequentibus, *Homo erat iustus & timoratus, expectans consolationem Israël, & Spiritus sanctus erat in eo.* vers25. ibidem. Phari-saici vero instituti eum fuisse, suadet accuratissima sectæ huius ratio, de qua supra, & scrip-tores nonnulli, qui tamē eum confundunt cum Symone alio iusto, de quo in *Phari-seorum auctore* postea. Mitto alios, de qui-bus in eodem *Paulo* num. 13. & sic ratiocinor. Eadem fere iurisperitis obiciuntur à *CHRISTO Domino* vitia, *Luc.* 11. & *Marth.* 23. & ali-bi; quæ *Phariseis*. At ea neque in ipsum legis cognoscendæ ac explanandæ munus, neque in omnes Legisperitos conferenda, perspicuum.

euum. Ergo de Pharisaica secta, eiusq; sectatoribus idem, aut certè par iudicium. Idem, si iidem forent Iurisdoctores & Pharisei: par, si diuersi. sed de hoc postea. Certè præter eos, quos numeravi, plures ad CHRISTI Domini fidem accessisse, affirmat ACTUUM cap. 15. v. 5: et si turbarum hi aliquid dederunt postea: sicuti & eorum etiam quidam ad Ioannis Baptismum accesserunt, Matth. 3. Septimo, quia tamen plurimi ex hoc Phariseorum ordine improbi ac sceletati erant, ideo tot eos modis æterna Dei sapientia moriuit, arguit, perstrinxit. Est autem moris, ut id genus reprehensiones atque obiurgationes fiant, quasi ne unus quidem bonus, culpæque vacuus esset, ut Isa. 5. v. 6. Ierem. 8: v. 6. & 10:

## CAPUT VI.

*Quomodo Phariseos super cathedra Moysis sedentes audire iusserrit Christus Dominus, & ab eorum tamen fermento seu doctrina cauendum monuerit?*

**A**viduimus antea Saluatoris nostri ex Matth. 23. verlu 2. iussum, Super cathedra Moysis sederunt Scribe & Pharisei. Omnia ergo quæ curq; dixerint vobis, seruate, & facite. Magnum hoc & latè patens præceptum. Qui dicit, omnia, quid exceptit? Qui dicit, seruate, simulque

mulque addit, & facite, num solam corporarum aurium auditionem, interioremque memoriæ custodiam exigit? Nonne opera etiam, exteriorisque imperat actiones? Sed & contrario, ecce tibi idem Dominus Matt. 16.

v. 6. Cauete à fermento Phariseorum & Sadduceorum. At quidnam hoc fermentum est? Dubitarunt sanè ibidem Apołoli, putarunt veteri se panes, quibus tum carebant, quique ad cibum necessarij essent, à Pharisæis dono aut precio accipere, ibidem versu 7. Sed suorum iis interpres verborum fuit, idem Dominus.

Quare, versu 11. non intelligitis, quia non de pane dixi vobis. Cauete à fermento Phariseorum, & Sadduceorum? Tunc, versu 12. intellexerunt, quia non dixerit, cauendum à fermento p. inum, sed à doctrina Phariseorum, & Sadduceorum. Si etem à Phariseorum doctrina cauendum, quomodo iidem docentes audiendi? quomodo quæ dixerint, seruanda & facienda omnia? Interpretum quidam restringunt illud, omnia, sed variè. Nam eo tantum comprehendi putant Moysis præcepta, quæ ad salutem necessaria, quæque omni tempore, quo ad homines fuerint; vigete debent, non autem Mosaicas cæremonias, & ritus, quos ex hominam potius eripi mentibus, quam iis inseri volebat Dominus. His tamen ideo non assentitur Maldonatus, quod eo ipso tempore, quo loquebatur CHRISTVS Dominus, imò, quo & vi-

Varia interpreta-  
tiones.

1.

xit; cæmonias illas seruauit ipse, seruarique  
 ab aliis voluit. Alij omnia generatim quidem  
 videntur accipere, sed vel sic: *omnia*, quæ lex  
 & Moyses vobis dixerint, Scribis & Pharisæis  
 recitantibus, seruate, & facite: vel sic, *omnia*,  
 quæ Scribæ & Pharisæi dixerint prælegendō  
 libros Moysis, seruate, & facite. Verum duo  
 ista, parum inter se differunt, neque difficultatem effugiant, neque, ut effugerent, con-  
 sentanea satis sunt. Nam omnia, quæ lex &  
 Moyses dixerint, recitantibus Scribis, & Pha-  
 risæis, intelliguntur *omnia*, quoad nuda le-  
 gis Moysisque verba, an vero quoad Scriba-  
 rum & Pharisæorum explanationem etiam?  
 Itemque *omnia*, quæ ab illis dicuntur libros  
 Moysis prægentibus, intelligūturne, quoad  
 nudam verborum prælectionem, an quoad  
 eam, cum expositione aliqua coniunctam?  
 Prior illa quorundam expositio, se fatis non  
 explicat. Posterior significat prælectionem  
 cum expositione aliqua intelligendam, eam  
 tamen, quæ Mosaicæ doctrinæ consentanea  
 sit. At in viralibet expositione manet semper  
 illa, quæ initio facta est, difficultas, quomo-  
 do *omnia*, quæ per Scribas, & Pharisæos, præ-  
 lectores, & explicatores, Moyses iubet, ser-  
 uanda & facienda sint, ab eorum tamen fer-  
 mentata doctrina cauendum. Et posterior,  
 hoc etiam habet incommodi, quod exposi-  
 tionem admittat, quæ tamen legi ipsi con-  
 senta-

2.

3.

sentanea sit. Nam cuius erit hoc diiudicare? Auditorumne ipsorum? At quantæ hoc sapientiæ? quanti iudicij? plus enim sanè requiritur, ut iudicetur, an expositio, eruditorum præsertim hominum, Dei verbo consentanea sit, quam illud ipsum prælegere, & expositione aliqua vel illustrare, vel dilatare. Sicque doctores, sapientiores, & in iudicando acriores esse deberent, qui audiunt, quam qui docent, plebs quam Scribæ & Pharisei, oues quam pastores. Et multo magis populus super cathedra Moysis federet, quam Scribæ ipsi & Pharisei. quia de horum, licet doctissimorum, & sapientissimorum, doctrina ferret populus iudicium. Quod si vero cum cautione conditioneque locum istum intelligemus, *omnia, quæ dixerint Scribæ & Pharisei*, si videlicet legi, & Moysi consentanea sint, facite; nihil erit causæ, quin cum eadem cautione subiungeret Dominus, & secundum **OMNIA eorum opera facite.** Intelligemus enim *omnia opera*, si nimirum cum diuina lege ac verbo congruant. siveq; tota verborum Domini vis eneruaretur. Dicendum igitur, *omnia, quæ Scribæ & Pharisei dicebant non simpli citer, & quoquo modo, sed quæ in cathedra, super qua sedebant, & ex ipsius cathedra vi, dicebant; seruanda & facienda fuisse.* id est, quæ publica, legitimaque potestate & auctoritate, & ex huius vel impulsu, vel influxu, seu *directive-*

4.  
*Optima.*

directione docebant, explicabant, iubebant, ac vetabant, ea omnia fuisse ab omnibus recipienda, & executioni mandanda. Quæverò priuata sua vel opinione, ac disciplina, vel iudicij nostrorumque prauitatem, quamvis hæc non domini tantum, & intra parietes priuatos, sed foris etiam, & in hominum circulis vel scholis docerent, non necessariò audienda fuisse, sed ab eorum quibusdam, tanquam virtioso fermento, cœendum fuisse, ab iis videlicet, quæ vel ex se praua essent, vel quæ bona quiderint, vel certe non mala, ab iis Pharisæis tamen deprauarentur, & quatenus deprauarentur, de quibus supra. Hæc enim cap. 4. propriè sunt, quæ fermenti instar, bonam vitæ totius massam corrumpunt. hæcque intelligenda patet ex eo, quod de talibus Pharisæorum vel impiis, vel futilebus dogmatib. egerat capite superiore, Matth. 15. Dominus, & quod Lucæ 12. v. 1. hæc eadem omnia uno verbo appellat hypocrisin. *Attendite, ait, à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis,* quæ inianni virtutis opinione, superbia, & fastu animos inflat, & extumefacit: quæ putri quodam avaritiæ, inuidiæ, ac truculentiæ amarore metes imbuit, & exacerbat: quæ demum, quidquid in ullius pectoris macrä, siue à natura, siue à Deo & exercitatione, boni est, id totum veluti massam unam corruptit, æternaque salutinoxiū efficit. Nam quod Poe-

G. tarum

tarum quidam dixit, verissimum est non coram hominibus tantum, sed corā Deo etiam

*Claud. l. 4.* Inquinat egregios adiuncta superbia mores.

*de Ho. conf.* In Syriaco textu vocatur hæc hypocrisis *mashab baphe*, id est, acceptio vultus, seu vultu, exterioreque gestu, & habitu ficta simulatio. Atque prima hæc est expositionis datæ probatio. Altera vero sumitur ex eo, quòd Scribas & Pharisæos constat non omnibus suæ vniuersitatis, suorumque dogmatum & morum necessitatem imposuisse. Nam alioquin, ut de Sadducæis taceamus; Essenus nullus recte fuisset, nullus etiam Iudeus alias extra tres antea positas heres, cum tamen multi essent, qui et si hanc vel illam sectam suspicent, ac laudarent, in eam tamen idcirco sua non transcriberent nomina. Neque enim omnes omnino Iudei erant, aut Pharisæi, aut Esseni, aut Sadducæi, sed omnes tantum, quibus peculiari quadam ratione philosophari liberet. Tertia probatio ex pulcheris mis D. Augustini testimoniiis, & iis quidem, pluribus in libris, crebriusque repetitis ducuntur. Libro igitur 4. de doctrina Christiana c. 27. sic agit: Quoniam boni fideles non quilibet hominem, sed ipsum Deum obedienter audiunt, sibus Pharisæis præclaræra D. Augustini sententia.

27. sic agit: Quoniam boni fideles non quilibet hominem, sed ipsum Deum obedienter audiunt, qui ait, quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt, ideo audiuntur utiliter, qui etiam utiliter non agunt. Sed enim querere student, sed sua docere non audent: de loco

de loco scilicet superiore sedis Ecclesiastice. quam sana doctrina constituit. Propter quod ipse Dominus, prius quam de talibus, quod commemorauit diceret, premisit super cathedram Moysi sederunt. Illa ergo cathedra non eorum, sed Moysi cogebat eos bona dicere, etiam non bonafacientes. Agebant ergo sua, in vita sua: docere autem sua, cathedra illos non permittebat aliena. Lib. 16. contra Faustum c. 29. A malorum moribus imitandis cohibet Dominus suos, dicens, super cathedram Moysi sedet Scriba & Pharisai, qua dicunt, facite: que autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt: In quibus Dominicis verbis, utrumque debetis aduertere, & quatenus honor delatus sit doctrina Moysi, in cuius cathedra etiam mali sedentes bona docere cogebantur. Epistol. 166. Calestis Magister cauendum premonuit, ut etiam de praepositu malis plebem securam ficeret, ne propter illos doctrina salutis cathedra desereretur, in qua coguntur etiam mali bona dicere. Neque enim sua sunt, que dicunt, sed Dei, qui in cathedra unitatis doctrinam posuit veritatis. Et similia in additis epistolis Epistola 7. In psal. 36. conc. 3. sub finem, cum de bonis ac malis in Ecclesia Catholica Episcopis ageret, istaque S. Matthæi verba citasset; Vides: ait, quia in cathedra Moysi, cui successit cathedra Christi, sedent, & mali, & tamē dicendo bona non obsunt auditoribus. Quare tu propter malos ipsam cathedrā dimisisti. Similia S. Chrysostomus hom. 21. in I. Corinth. adhibens et-

iam Iudee proditoris exemplum, & in Galat: 1. & homil. 3. ad Colos: sub finem. *Quid, ait, prodest, quod nos suscipitis, & non auditis ea, quæ à nobis dicuntur. Quid lucis ad vos reddit, si nos collitis, & non attenditis ea, quæ vobis dicuntur? ille est nobis honor; ille cultus est admirandus, qui vobis, & nobis prodest; si nos audiatis. Audire & Paulum dicentem. Nesciebam fratres, quod sit Pontifex. Audi & Christum dicentem, Omnia, quæ dixerint vobis ut seruetis, seruare & facite. Non me contemnis, sed sacerdotium. Si me eo videris nudatum, tunc me contemne. Tunc nec ego sinor imperare. Quamdiu autem in hac sede sedemus; quamdiu habemus presidentiam, habemus & auctoritatem, & virtutem; etiam si simus indigni. Si Moysis thronus erat adeo venerandus, ut propter illum audiretur: multo magis Christi thronus. Illum nos acceperimus. Ex eo loquimur, ex quo Christus quoque in nobis posuit ministerium reconciliationis. Legati, quicunque fuerint, propter dignitatem legationis multum honorem assequuntur. Vide enim. Veniunt in medium barbarorum regionem soli inter tot hostes: Et quoniam magnam vim habet ius legationis, omnes eos honorant; omnes eos intuentur; omnes eos tuto emittunt. Et nos ergo suscipimus munus legationis; & à Deo venimus. Hec est enim dignitas Episcopatus. Venimus ad vos legatione fungentes, rogantes, ut bello finem imponatis, & dicimus quibusnam conditionibus. non ciuitates vobis daturos pollicentes, neque tot & tot frumenti modios, neq; manci-*

mancipia, neque aūrum, sed regnum calorum, vi-  
tam eternam, cum Christo consuetudinem, & alia  
bona, quae neque à nobis verbis possunt exprimi, ne-  
que à vobis audiri, quandiu fuerimus in hac carne  
& vita praesenti. Legatione ergo fungimur: honore  
autem frui volumus; non propter nos, absit, scimus  
enim quam sit vilis: sed propter vos, vt vos, quae di-  
cimus, diligenter audiatis, vt utilitatem accipia-  
tis, vt non cum socordia & negligencia ea, qua di-  
cuntur, attendatis. Non videtis quomodo legatos  
cuncti circumstant, & obseruant. Nos autem Dei  
legationis munus obimus apud homines. Qui hac  
autem effecimus, non sumus nos, sed ipse Episcopa-  
tus: non iste, aut ille, sed Episcopus. Nemo me au-  
diat, sed dignitatem. Omnia ergo faciamus, vt Deo  
videtur, vt viuamus ad Dei gloriam, & digni ha-  
beamur bonis promissis iis, qui ipsum diligunt, gra-  
tia, & benignitate Domini nostri I E S U C H R I-  
STI. Vide & Rupertum lib. 4. in Exodum c.  
28. Gretserum nostrum, digresl. 4. Dixerit ye- Obiectio.  
rò forsitan aliquis; si Scribis & Pharisæis in o-  
mnire, quam in cathedra Moysis, legitima  
cum potestate, ac auctoritate docebant, ge-  
rendus mos fuit, non fuit sanè ab ullo C H R I-  
S T V S Dominus tanquam C H R I S T V S, Dei  
que filius agnoscendus, credendus, & colen-  
dus. quia securi omnino decernebant illi, &  
quidem ex ipsa etiam Moysis cathedra. quia  
& Pontifices & totum concilium, eum, e-  
iusque discipulos damnarunt: eos, qui cum

agnoscere, ac profitari quodammodo auderent ἀποστολαγόντες faciebant, id est, anathemate inflito, è Synagoga seu Ecclesia illius

*Reffponsio.*

temporis eiiciebant. *Reffpondeo.* Res omnis, quæ interire debet, interit primò quidē cum vis quædam maior, ei contraria, vim ac vitam eius debilitat, infringit, ac incidit. deinde antequam omnino res illa intereat ultimumque, ut ita dicam, spiritum exhalet, antecedunt quædam veluti præparationes, plagiæ, vulnera, ægritudines. Sic igitur res habebat. Mosaica illa cathedra & synagoga, totiusque veteris legis status auferri atque interire debebat. Affuit vis ei aduersa maior, ac potentior, CHRISTVS Dominus. Cathedram illam, synagogam, & statum tollere voluit. Plurimorum, maximorū, & certissimorum miraculorum patratione, Scribis, Pharisæis, Senioribus, Sacerdotiis, Pontificibus, Principibus, totiq; Israelis populo probauit, se verū CHRISTVM à Deo missum, Deiq; filium esse, diuina potestate, ac auctoritate vti, scui. tumque primò in hac ipsa quæstione, An CHRISTVS venisset, Deusque is esset, in aliisque omnibus, quæ huic iunctæ & connectæ sunt; omnem iis, qui cathedram illam insidebant, potestatem, ac auctoritatem arrogauit, ac sustulit. ideoque in hoc quæstionum capite illi errare, iam, ac labi, falli ac fallere potuerunt, orbatī scilicet, quoad istud veri-

*Surgēte sensim Ch. isti Ecclesiæ, cecidit sensim Moysis cathedra.*

veritatis genus, eo, qui cathedram illam regebat, & gubernabat spiritu. In aliis verò omnibus, eiusdem cathedræ adhuc auctoritatem reliquit, suaque ipsius auctoritate sanxit, eo usque dum totum illum statum funditus tolleret, templum deiiceret, Hierosolymam exscinderet, politiam totam euerteret. Tunc enim lethalem veluti iustum accepit Synagoga: & Mosaica suis cum ritibus, cæmoniis, explicationibus, & interpretationibus omnibus cathedra tunc debilitata, fracta, & vitali omni sanguine, ac spiritu exhausta ultimam egit animam. E contrario autem nouus nouæ legis status, noua CHRISTI IESV, de quo supra S. Augustinus, cathedra primò cœpit, dum iustum illud firmissimum fundamentum de ipius CHRISTI Domini felicissimo aduentu, eiusdem diuinitate, potestate, ac auctoritate diuina, ac similans. deinde adoleuit quoad alia omnia, quæ diuine illo suo iure lancire, ac instituere ille dignatus est. Et quæ fuit, ut hodie loquuntur in Scholis Philosophi; proportio veteris illius aut cathedræ, aut Synagogæ occidentis, ac emorientis, eadem fuit Christianæ, aut cathedræ, aut Ecclesiæ orientis, viresque in dies acquirentis maiores; ita ut cum extincta illa est, haec tota iam robusta, & quidem iam sola, steterit, viguerit, effluerit, nuncque stet, vigeat, floreat, semperque ad summa usq; mundi huius tem-

G 4 pora

pora stabit, vigebit, ac florebit. Possent probari hæc omnia, sed satis hoc loco, per istam, quæ incidit occasionem, ea sic attigisse.

## CAPUT VII.

*An iudæi Sapientes, Legisperiti, Scribae, Pharisei?*

**P**RIMO, Phariseos vocari sapientes *Israelis* docet Gorionides lib. 4. c. 29. ut supra iam vidimus. sed ita hoc accipiendum, quod ipsi quidem sapientes essent, sapientumq; tunc præcipui, non tamen soli sapientes, aut non ante ipsos exortos alij. *Quis enim Scribas in sapientibus non recenseat? Quis Eessenos? Latius nimirum patet sapiens, quam vel Scriba, vel Phariseus, vel Eessenus: & tam hos quam alios complecti potest: sicque vocabantur omnnes, qui doctrina & eruditione pollebant, *Qui Iudeo-rum sapientes.* prout sæpe Rabbinos suos eo nomine appellabant Iudæi. D. Hieronymus ad Algasiam, Doctores Iudeorum σοφοί. hoc est, sapientes. Et si quando traditiones suas certis diebus exponunt discipulis suis solent dicere, οἱ σοφοὶ θεοτρόποις, (vel potius θεοτρόποι) id est, sapientes docent traditiones. Et hinc interdum sapientes à Scribis & aliis distinguuntur, tanquam quod generalius est, ab iis, quæ specialiora Matth. 23. v. 34. Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, Isaïæ 33. v. 18. & 1. Cor. i. v. 20. *Vbi Sapiens, ubi Scriba,**

Scriba, ubi conqueritor huius saeculi? Ierem. 8, v. 8.  
 9. Notat vero Elias in Thisbi, plerosque post-  
 modum declinasse sapientum nomen, seque  
 modestiae causa Thalmidim, quasi sapientia, *Thalmi-*  
 vel sapientum discipulos vocasse, ut de Py-  
 thagora scribit lib. 5. Tusc. Cicero, & Dioge-  
 nes lib. 1. ac Illustrius.

II. Quos Legisperitos & legis Doctores  
 vocat noster Interpres, iij Græcè γραμμικοὶ vocan-  
 tur à S. Matth. c. 22. v. 34. S. Luc. c. 7. 30. c. 10. 25.  
 c. 11. 45. 46. & c. 52. c. 14. 3. ad Titum 3. v. 13, inter-  
 dum etiam γραμμικοὶ σκαλοὶ, Luc. 5. v. 1. Act. 5. 34,  
 ad Tim. 1. c. 1. vers. 7. Hos autem à Scribis non Legisperiti  
& Scriba  
udem.  
distingui, liquere potest ex eorum officio, de  
 quo paulò post, & ex Matth. 7. 29. 17. 10. Mar.  
 12. 28. Luc. 7. 30. c. 11. 45. 1. Cor. 1. 20. D. Epiphanius  
 haeresi 16. τὸς γραμμικῶν interpretari ait,  
 γραμμικοίσκαλοι. Et statim addit σωμῆσσι γόνω-  
 τοις καὶ οἱ γραμμικοὶ id est, Cum ipsis enim iidem erāt,  
 & Nomici, seu Legisperiti. quod malè conuer-  
 tit Cornarius sic: Conuersabantur enim cum ipsis  
 etiam Legisperiti: quasi hi ab illis diuersi essent,  
 & cum illis tamen consuetudinem haberent  
 aliquam. Distingui vero eos à Phariseis, per-  
 spicuum ex Luc. 3. 17. c. 7. 30. c. 11. sæpe c. 14. v. 3.  
 Interdum vero iidem homines, & Pharisei  
 facta, & Legisdoctores officio erant, vt Matt.  
 22. v. 15. 34. Unus ex iis (Phariseis) Legisdo-  
 ctor. & Act. 5. 34. Gamaliel, de quo antea.  
 Et Hebreis moreb doctor est à iacob, unde

G . 5 . lex

*Scriba in scripturis dupliciter positi.*

lex iisdem thorab, quasi μόνος, & ομόνοια.

III. Scribae in Scripturis dupliciter ponuntur, præcisè nimicum, & cum adiunctione. Præcisè autem rursus dupliciter: Nam vel in ciuijibus quibusdam commentariis, contractibus, & instrumentis occupabantur, prout hodie apud nos, tabelliones, quemadmodum videri factum potest Ierem. 32. 11. & innuit Psal. 44. v. 2. Alij in sacris codicibus describendis, conseruandis & explicandis versabantur 4. Reg. 22. 8. 9. 10. Esdræ 1. c. 7. v. 10. & c. 11. Ierem. 8. v. 8. Matt. 7. 29. c. 17. 10. c. 23. 2. 1. Cor. 1. 20. Et hi iidem erant cum Nomicis seu Legisperitis, de quibus paulò ante: distincti autem à Pharisæis, eum quibus sæpe vna non minantur, tanquam distincti quidem, viuebant tamen ac docendi similitudine latis coniuncti Matth. 5. c. 12. 38. c. 15. v. 1 c. 23. 2. 13. 14. 23. 25. Luc. 5. 21. & 30. c. 6. 7. Ioan. 8. v. 3. Et quemadmodum idem esse potest Legisdoctor, & Pharisæus, ita etiam Scriba & Pharisæus. Unde in Matth. 23. q. 12. breuiter, & clarè Abulensis. Sciendum ait, quod licet ponantur hic Scriba, & Pharisæi tanquam distincti, non distinguuntur inter se, sicut Pharisæus, & Sadduceus siue sicut opposita: quia nullus Pharisæus est Sadduceus, neq. à contrario, quia erant secula disparate, & quasi opposite: sed distinguuntur, sicut Grammaticus & Dialecticus, quia licet aliud sit Grammaticum esse, aliud Dialecticum: tamen idem potest esse Grammati-

maticus & Dialetticus. sic enim aliud est esse Scribam quam Phariseum, quia Scribam esse, est esse sapientem in lege: Phariseum esse erat habere modum certum vivendi & sectam. Et tamen accidit, eundem esse Phariseum & Scribam, id est, doctum, in lege. Cum adiunctione vero non simpliciter Scribae, sed Scribae populi vocantur Matth. 2.v.4.i. Mach. 5.v.42. Vnde praecipua auctoritatis eos fuisse appareat, quoad aliquid quam popularitionem, vel quod huius institutioni & commodis magis consulere deberent, vel quod in publicum aliquod populi concilium ascripti essent. Et simile quiddam videtur in iis, qui seniores praecepsè Matt. 27.12. & 41.c.28.

12. Marc. 15.1. aut adiunctè Seniores populi vo-

cantur i. Mach. 12.v.6. & 35. Matth. 27.1. Lucæ

22.66. Quia vero Propheta diuinorum quādoque oraculorum interpretationem significat, i. Cor. 14. fit, ut Chaldaeus Thargum pro

Prophetis vertat interdum Scribas, ut 4. Regum 23.2. Paral. 35.v.8. Ierem. 26.11. &c. 29.2.

Ad vtrum vero Scribarum praecepsè sumptorum genus pertineant illi, qui Regibus non nunquam attribuuntur 2. Reg. 8. v. 18. c. 20,

25.4. Reg. 12.v.10. & c. 22.3. quæstio est. Ego diuinarum rerum Interpretætæ interpretor. sicuti hodie Regibus ac Principibus unus minimum semper adest insignis Theologus aliquis.

Fabulantur vero R. Salomon & Chaldaeus Thargum in Genes. 49. & Thalmudici, è pau-

Propheta  
Vocantur  
interdum  
Scriba.

Regnum  
Scriba,  
quid.

E qua tribus  
Scriba.

è paupere Simeonis tribu Scribas fuisse, cum, ut de Eldra patet, aut Leuitæ fere essent, aut certè ex quacunque tribu. Neque verius illud Thalmudici asserunt, eos ab Eldra ipso conditos, cum antea iam fuerint, & ipse tantum inter eos, suo tempore, summus, & omnium quasi Princeps.

## CAPUT VIII.

*An dum Matthæi cap. 5. zoties quis Domini noster, Ego autem dico vobis, Phariseis veteris legis interpretationes corrigas, an vero ipsi potius veteri legi addat aliquid, eamque perficiat?*

**G**rauis hæc, & ad multa utilis quæstio gest, quam quia grauiter ac doctè, suo scilicet more, tractauit in illud Matthæi caput num. 21. Maldonatus noster, placet eruditissima eius huc euocare verba, ne pro illius auro, meum vel æs, vel ferrum obtrudam. Omnes, inquit, hereticorum Interpretæ pro comperto habent (spiritus enim sanctus illis, opinor reuelauit) Christum non legem, sed Sribarum & Phariseorum traditiones, interpretationesq; corrigere, eaque de re impudenter veteres auctores, quod aliter senserint, reprehendunt. Idem scilicet olim alij heretici Pelagiani docuerunt, vt lib. aduersus illos primo Hieronymus scribit; Catholicus nesciq;

An Esdra  
tempore  
caeperint  
scriba.

Opiniones  
dua.  
Prior.

nescio an quisquam prater Strabum; & nostro tempore nonnullos, qui minore, quam Catholicos decet, cautione hereticorum legerunt commentarios. Nec inficior aliqua esse argumenta huius sententiae, quæ aut minus doctum, aut minus constantem lectorem mouere possint. Primum ponderant illud in singulis mandatis repetitum verbum; Opinionis prioris argumenta.  
 Dictum est, quasi ideo dictum, non autem scriptum dixerit, quia non de lege, sed de Pharisæorum traditione, explicationeq; loquebatur. Deinde, quod se illis CHRISTVS opponat, quasi peruersis Interpretibus bonum Legislatorem, veteri Legislatori neutquam oppositus; siue ipse, siue pater fuerit, qui Moysi veterem legem dedit. Præterea, quod hæc, quæ Matth. 5. CHRISTVS addit, vetere lege continebantur. Non enim solum adulterium, sed etiam concupiscentia prohibebatur, Non concupisces; inquit, vxorem proximi tui, Exodi 20.17. Testis D. Paulus, Concupiscentiam, inquit, nescibam; nisi ex diceret, Non concupisces; Rom. 7.7. non ergo CHRISTVS legi quidquam, sed interpretationi Phariseorum suā interpretationem addit. Præterea lex non iubebat odio inimicos habere, sed potius amare Exodi 23.4. Si occurseris boui inimici tui; aut asino erranti, reduc ad eum: Si videris asinum oditum te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis eum. Præterea cum CHRISTVS ab adolescenti illo interrogatur, quid faciendo vitam ater-

VIII.

I.

II.

III.

IV.

V.

eternam possebo? nihil aliud respondet, quam Serua mandata, Lucæ 18.18. Nihil ergo, quod CHRISTVS adiiceret, in legis mandatis desiderabatur. Denique nulla in Euangelio perfectio maior est, neque verò potest excogitari, quam diligere Deum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, ex totis viribus. Atqui id ipsum lex præcipiebat Deuter. 6.5. Accedit, quod Christus dicit ibidem versu 20. *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabit in regnum calorum,*

VIII. quasi indicans, se non legem; sed Phariseorum interpretationem velle corriger. Multa etiam Christus dicit dicta fuisse antiquis, quæ in lege non reperiuntur, ut illud ibidem ver-  
su 21. *Reus erit iudicio;* & illud versu 33. *Non pe-  
ierabis,* & illud versu 43. *Odia habebis inimicum  
tuam.* Viderant ista, vt opinor veteres aucto-  
res, incredibili tamen omnes consensu do-  
cuerunt, Christum legem ipsam veterē cor-  
rexisse, adiunctis iis, quæ ad perfectionem

*Opinio pō-  
sterior, a  
Maldonato  
probata du-  
pliciter.  
1. Autori-  
tate Gote-  
rum.*  
Euangelicam desiderabantur, non quid lex  
in suo genere perfecta non fuerit; sed quod  
minus perfecta, quam Euangelium; paedago-  
gum enim fuisse ludæis, tanquam pueris ra-  
diter erudiendis adhibitum, donec melior  
Magister Christus firmioribus iam ingenii  
perfectiora proponeret. Atque ad hunc mo-  
dum diximus, Christum legem implesse, quia  
addidit, quæ in illa desiderabantur. Sie Irenaeus

2. *Eadem probata opinio argumentum VI.*  
 1. *magis lib. 4. c. 27. Tertul. lib. de patientia. Clemens Alexandrinus lib. 6. Strom. Hilarius, can. in Matth. 4. Epiphanius aduersus Ptolemaitas hæc: 33. Basilius hom. in Psal. 14. Chrysostom. 16. in Matth. Auctor imperfecti hom. II. Ambros. sermo. 5. in Psal. 118. D. Hieronymus in Epistola ad Gerontiam de monogamia, Chromatius, Theophylactus, & Euthymius in commentariis ad S. Matthæi locum. Quorum sententiam, non solum eorum fractus auctori-  
 tate, sed maioribus etiam in hanc partem argumen-  
 tum impulsus verissimam iudico. Primum, ut hæ-  
 retici expendunt verbum illud, *Dictum est, e-*  
*go contrà expendo, quod sequitur, antiquis, id*  
*est, illis, quibus Moyses legem dedit, quasi*  
*Mosaicis & legalibus hominibus Christianos, & Euangelicos opponat, Ego autem dico*  
*vobis. Enimuero si de solis Pharisaorum tra-*  
*ditionibus, interpretationibusque loquere-*  
*tur, non diceret, *Audistis*, quia dictum est, quasi*  
*ipsi ab eo, qui dixit non audiuerint, sed ab aliis;* qui audiuerant, acceperint. Sed dixisset  
*simpliciter, *Audistis*, non occides, aut, *dictum**  
**vobis* est, non occides. qui autem occiderit,*  
*reus erit iudicio. Nec nomini Scribarum &*  
*Pharisaorum eos reprehendens, pepercisset,*  
*sed disertè dixisset, *audistis à Scribis & Phari-**  
*seis. Hac enim libertate semper usum vide-*  
*mus Christum. Cauete, inquit, à fermento, id*  
*est, doctrina Pharisaorum & Sadduceorum, Matt.**

16.6.

16.6.11.12. Nec antiquos vocare potest eos, qui paulò ante fuerant, nec enim Pharisæi multo ante Christi tempora, ut ex Iosepho colligitur, extiterunt. Deinde, quia multa Christus corrigit hoc loco, quæ constat non à Pharisæis introducta; sed in lege expressa esse, quale est istud versu 31. *Quicunque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudij.* Deut. 24. 1. Quid, qmæso, hic Pharisæi cotruperat? Christus tamen corrigit, *ego autem dico vobis*, & illud vers. 33. *non peccabis.* Lex enim dicit Leuit. 19. 12. nec id Pharisæi corrumpebant. Nam quod dicunt, solitos docete Pharisæos, non peccare, qui per cælum atit terram iurarent, post refutabimus. Quod autem Christus Matth. 23. 16. Pharisæos reprehendit, quod dicerent, *qui iurat in templo, nihil est; qui autem iurat in auro templi, tenetur, diuersum est.* Nec enim Christus falsam in illis legis interpretationem reprehendit; quod si facere voluisset non illo, sed hoc loco vtique dixisset Matth. 5. Nec enim lex per templum iurare prohibebat; Christus prius prohibuit, sed reprehendit avaritiam, qua, qui per templū iurabant, absolvebant, qui per aurū damnabant, quasi magis auro, quam Dei honore tangerentur. Præterea, vbi lex dicebat, vt si quis te in unam maxillam percuteret, illi alteram verteres? aut quæ Pharisæorum culpa erat, quod non ita, cum lex non dicaret, interpre-

*Supradic.  
sum est.*

3.

tarentur? cum nunc, Christo ipso docente,  
vix capere possimus? Vbi scriptum erat, ut  
tollenti nobis tunicam & pallium dimitte-  
remus? Non ergo legem tantum interpreta-  
tur Christus, sed nouam condit legem, no-  
uam affert doctrinam. Præterea illud: Dili-  
gite inimicos vestros, ubi lex dicit? Nam quod  
affertur ex Exod. 23. 4. si occurreris boui inimici  
tui; nihil est. Loquitur enim de Iudeo, cum  
quo Iudeus inimicitias gerere prohibebatur.  
Itaque qui illic *inimicus* dicitur, Deut. 22. 1. fra-  
ter appellatur, Non videbis bouem fratris tui, aut  
euem errantem, & prateribus, sed reduces. Cum  
autem de veris loquitur inimicis, non solum  
odio habere, verum etiam delere, iubet, Dele-  
bis nomen eius sub calo, caue ne abliuiscaris, Deut.  
25. 19. In Euangelio neminem omnino odire  
lacet, neminem priuata auctoritate delere.  
Denique videmus Christum hoc loco præ-  
mia, suppliciaque veteris legis amplificasse.  
Quam ob rem, nisi quia perfectionem legis  
auxit? Ex iis, quæ diximus, qui aliquo sunt in-  
genio, quomodo contrariis argumentis re-  
spondere oporteat, non difficulter colligent; *Solutio in-*  
non pigebit tamen rudioribus respondendi  
modum ostendere. Quod obiicitur primo lo-  
co, non dixisse Christum, *scriptum est*, sed di-  
ctum est, nimium est leue. Nam aut nihil in  
eo verbo mysterij est; cum videamus Euan-  
gelistas his duobus verbis sine discrimine uti,

4.

5.

6.

*Solutio in-*  
*gumento-*  
*rum prioris*  
*opinionis.*  
*ad I.*

H

sicus

sicut dictum est per Prophetas, & sicut scriptum est;  
 aut si quid est in eo vel bo mysterij: non id est,  
 quod hæretici putant; sed quod Chrysostomus & Theophylactus adnotauerunt; ne, si  
 patrem, à quo id dictum erat, nominaret, se  
 illi aut opponere, aut etiam anteponere vi-  
 deretur: si se, qui etiam veterem legem de-  
 derat; inuidiam in se auditorum concitaret.  
 aut, ut ego suspicor, non se sibi, aut patri, sed  
 Moysi tacitè opponit. Nam etsi lex vetus à  
 Deo data erat, tamen quia populus non à  
 Deo sed à Moysè eam acceperat, eius auctor  
 Moyses videbatur. Lex, inquit, *per Moysem da-*  
*ta est*, Ioan. 1.17 Et, *Nonne Moyses dedit vobis le-*  
*gem?* Ioan. 7.19 Denique *lex Moysis appellatur*  
 Luc. 2.22. & 24.44. & Ioan. 7.23. Act. 13.38. &  
 15.5. & 28.23. Et quæ in lege scripta, atq; præ-  
 cepta erant; *Moyses scripsisse ac præcepisse dicitur*  
 Ioan. 8.5. & 1.45. Se igitur Christus tacitè op-  
 ponit Moysi, cum dicit, *Ego autem dico vobis*,  
 sed noluit eum ad vitandam inuidiam nomi-  
 nare. Atque hac ratione non solum *primum*,  
 sed *secundum* etiam argumentum facile solui-  
 tur. *Tertium* sic: non dubium est, quin concu-  
 piscentia in veteri lege prohiberetur: sed mul-  
 to minus expressè ac præcisè, quam à Christo  
 hoc loco prohibetur. Lex quippe tantum di-  
 cebat; *non concupisces uxorem proximi tui*; sed  
 non dicebat, eum, qui impudicis oculis aspi-  
 ceret, adulterij teneri. *Quartum* paulò ante  
 aliud

468.

80

4.

aliud agentes obiter soluimus. Docuimus enim legem præcepisse, quosdam publicos nō solum odisse hostes; sed penitus etiam abolerere. Atque eò Christus alludit, cum dicit, *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacie iis, qui oderunt vos,* Matth. 5. v. 44. In quinto solūm probatur, non omnia, quæ ad legem Christus adiecit, esse præcepta; quod negandum non est; pleraque enim consilia sunt Euangelica; ideoque Christus ab illo adolescente tantum exigit, ut mandata seruet, si tamen euangelicam perfectionem sequi velit, vendat vniuersa quæ habet, & det pauperibus, seque sequatur, hoc est, quod Matth. 5. dicit, palliū etiam dimittere, ut nudū CHRISTVM, nudus sequare. At quæ maior perfectione, quam Deum ex toto corde diligere? respondeo, magis ex toto corde diligere. Nam qui sic diligit, ut nullius rei amori Dei præponat amorem, ex toto corde Deum diligit. Qui propterea relinquit omnia, quæ habet, & CHRISTVM sequitur, quemadmodum Apostolos fecisse legimus; magis ex toto corde diligit. Vno dicam verbo, diligere Deum ex toto corde, est eum ita diligere, ut non etiam idola, non aliud quidpiam ei contrariū diligamus. Hanc perfectionem Deus ab Abraham requirebat, cum dicebat, Ambula coram me, & esto perfectus, Genes. 17. 1. Quod autem Christus dixerit, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam

H \* Scriba-

Scribarum & Phariseorum, non intrabitur in regnum calorum; non ideo dicit, ut eorum doctrinam, sed ut eorum vitam reprehendat, cum alio loco dicat, super cathedram Moysi sederunt Scribe & Pharisei, omnia ergo quaecunque dixerint vobis, seruate, & facite: secundum autem opera eorum nolite facere; dicunt enim & non faciunt, Matth. 23. 2. Ideo etiam dicit, quia Pharisei adeo se legi addictos esse profitebantur, ut si quid melius, atque perfectius Christus doceret, longè reiicerent. Neque vero nego, Scribas & Phariseos multis in rebus male interpretatos fuisse legem. Scio enim (& suprà expositum est) monuisse discipulos suos alibi Christum, ut ab eorum fermento, id est, doctrina cauerent. Matth. 16. 12. tantum dico, Christum eo loco non id agere, ut Phariseorum traditiones, aut interpretationes reprehendat, sed ut additis partim præceptis, partim consiliis Euangelicis, legem perficiat. Quod postremo loco obiectum est, multa Matthei 5. quasi antiquis dicta, à Christo recitari, quæ in lege non reperiantur, id vero nego. Nam illud eodem c. versu 21. reus erit iudicio, eandem habet sententiam, quam illud Leuit. 24. v. 21. Qui percussit hominem, morietur. Et num. 35. v. 16. Si quis ferro percussit, & mortuus fuerit, qui percussus est, reus erit homicidij, & ipse morietur utique versu 17. & 30. Illud vero versu 33. non peccabis, sumptum quoad sententiam,

tiam, est ex illo Leuit. 19. v. 12. Non peierabis in nomine meo, siue ut in Hebraico ad verbum est. Non iurabis in nomine meo ad falsum, seu ad mendacium. quod Exodi 20. v. 7. Deut. 5. v. 11. est assumere nomen Domini in vanum. Denique illud vers. 43. Odio habebis inimicum tuum, sumptum ex Deut. 25. v. 19. vt supra explicatum.

## CAPUT IX.

*An in Mosaica Synagoga statu, heretici  
vere fuerint Pharisei?*

**P**hariseorum hæresim & sectam, vniuer- *Ph. hereti-*  
sè loquendo, constat ex dictis fuisse. Ut *cifimus ait*  
in prævia verò & impia hæresi videantur iidē, *Hunnianus in*  
ipso etiam Mosaicæ legis statu, fuisse, faciant *Colleg. Ra-*  
quæ supra ex D. Epiphanio, Philastrio, D. Hi- *tis. sess. 10.*  
eronymo, & ex ipsorum etiam de fato effa-  
tis, aliisque pluribus diuinæ legis depravatio-  
nibus allata sunt. Mihi triplex adhibenda vi. *Responso*  
detur distinctio, dogmatum scilicet, Pharise- *per distinc-*  
orum, & temporis. Primo, dogmata, ne- *cionem tri-*  
que, vt supra vidimus, ex se prava erant, ne- *plicem.*  
que cum errore coniuncta omnia. Secundo, *1. Distinctio*  
Pharisei non omnes omnia prava comple- *ri dogmatū.*  
ctebantur, aut pertinaciter (excipio semper  
quæ ad summum religionis nostræ caput,  
CHRISTVM Dominum spectant) tueban-  
tur, imo fortasse nulli, aut perpauci. Nam in  
corum dogmata vel in ipsis, aliquod esse la-

*s. Distinctio  
temporis.*

tum, ab illius temporis Ecclesia, siue cathedra Mosaica iudicium nusquam comperior. imo ne suspicandi quidem idonea suppetit causa, dum cathedralicū ad eos ius & potestas venisset, ut supra vidimus. *Demum* quædam illo tempore, propter obscuritatē, minoremque diuinarum rerum imperitiam, tolerabantur, quæ apud Christianos tolerari iam non possent, sed vel iam ut errores & heresies proscripta sunt, vel si à quopiam iterum referrentur, confessim proscriberentur. Generatim igitur loquendo, videtur dicendum, fuisse quidem quædam Phariseorū dogmata, quæ quoad se, & ut loqui solet schola, materialiter hæretica essent, non tamen hæreticos propriè Phariseos fuisse, aut certè nō omnes, sed eos tantum, qui vel *fatuī* appellantur, non eo modo, quo *prostutū* maluit Matth. 23. *fatuos* Beza dicere, sed quo S. Aug. in Ioan. tract. 37. ait; *O si cor tuum non esset fatuum, non crederes fatum:* vel alij similibus quibusdam irretiti erroribus, si quos contra Ecclesiæ iudicium contumaciter propugnabāt. S. Epiphanius vero quando hæresim vocat, vel usurpat hæreseos nomen generatim tam in probam, quam improbam partem, vel hæreticos iudicat ob dogmata, quæ materialiter erant, ut dixi, hæretica, vel pro fati assertionibus, hocque posteriori modo loqui videatur *Constitutiones Apostolicæ lib. 6. c. 6.* S. Hie-

S. Hieronymus loco citato, & Philastrius. Licet hac in re locum habere videatur id, quod ait S. Augustin. Epistola ad Quodvultdeum, non idem videri omnibus de dogmate quopiam, sitne heres, an non. Si Pharisei non peccatores tantum, sed heretici etiam fuissent, an cum iis comedisset Dominus toties, tam familiariter? An qui hypocrisim, aliaque iis vitia obiecit, heresim nunquam obiecisset? An eos super cathedra Moysis sedere, ipsos in omnibus audiendos prescrivisset? An hoc iisdem crimen, ut alia tam multa, tam grauia nusquam impeditisset scriptura? An Iudaici cultus, id est, eius, quo vere tunc colebatur Deus, se etiam hanc dixisset Apostolus certissimam, accuratissimam? Quid de Sadducæis umquam simile? Sed de his postea. Certè in præcipuis R. Hillelis sententiis, quas loco a. Infræ c. 17.ilio afferam; non ultima est ea, quæ ab Ecclesia separare se quenquam vetat. & ita quidem, ut verbo ipso parash utatur. quasi diceret: Licet institutis quibusdam te à communi aliorum vivendi ratione separe; caue tamen ab Ecclesia Catholica te separe. Bene vero habet, quod hac in re nihil dissentiat Drusius, qui Pharisæos crebro pios, & quidem generali modo, prout id nomen Sadducæis, & impious aliis opponitur, appellat pag. 5.

6.16.

H 4 C A -

## CAPUT X.

*An per Phariseos Catholici, an vero Lutherani, Calviniani, similis farina alijs significantur?*

IN S. Matthæi caput 3. vers. 7. Maldoñatus, Icum Phariseorum & Sadduceorum ortu explicasset addidit: *Quales hodie sunt Ministri & Superuigilantij (seu Superintendentes) & similia nomina nuper inuenta eorum, qui nulla vocati auctoritate, docendi rogendiq; populi officiū usurparunt.* Genebrardus vero lib. 2. Chron. Phariseos s̄epe Catholicos vocat, hisq; verbis vtitur: *Et certè, vt Pharisei Theologis respondebant, qui penitus scripturarum mysteria scrutantur: ita Scriba Canonistis, quia leges ciuiles & Mosaicas secundum legis corticem curabant.* Rursus: *Erant & Scriba Catholici.* Vnde Matth. 23. vna cū Phariseis sedisse dicuntur super Moysis cathedram, vt qui eam vacuam inuasissent, dum Sacerdotes diuitiis Ecclesiasticis abundantes desererent suum officium. Hæc illius verba exagitans in Matth. c. 2. v. 4. Beza. Sane, ait, *dicis quod res est.* Nec enim ouam ouo similius, quam vos Theologi & Canonistæ veteribus illis Phariseis, vt pari prorsus iure Catholici vocari possint. siue dogma de operum iustitia, siue illam traditionum superstitionis marum atque impurissimarum colluuiem spectamus. Sic & heretici alijs Catholicos, & in primis Religiosos

sos non rarò Scribas, & Phariseos contumeliosè appellant. Sed quia non conuiciorum aut sementis aut messis, sed puræ veritatis indagatio mihi proposita, duo hic in considerationem adhibenda censeo. *Vnum est, vnam,*  
*candemque rem, ob diuersas eius affectiones,* posse per similitudinem aliquam modo bonis, modo malis auct hominibus, aut rebus aliis comparari. Verbi gratia, fermenti nomen

*Melanct.  
ibid lib. 2.  
Chron. &  
Praefat. in  
Lutheri ta-  
num 9.  
Germani-  
cum.  
Notantur  
dico.*

antea vidimus, prauæ doctrinæ ac hypocrisi attribui. *sicut & i. Cor. 5. v. 6. At Matt. 13. v. 33.*

I.

*Simile est regnum celorum fermento.* Iam Christus Dominus Leo nominatur Apoc. 5. v. 5. *At etiam Diabolus i. Petri 5. v. 8. circuiens & que-  
rens quem deuoret.* Salomon Christi Domini, qui veram mundo pacem attulit, symbolum est, & tamen quisquis mulierofus, & ab officio aut religione per libidinem desciscens, ei nonne similis? *Alterum, in Phariseis fuere, ge-  
neratim loquendo, varia. Primo, Religio Iu-  
daica, seu ut loquitur Apostolus Act. 26. v. 5.*

2.

*Proximam secundum. Secundo secta propria, quoad peculiaria scilicet nonnullæ doctrinæ, vitæque instituta bona, mala. Tertio vitia multa & grauia.* Nunc igitur dico, *quoad primum, non male comparari Catholicos Phariseis, quia hi, ut supra dictum est, haeretici non erant.* *Responde-*  
*Quoad secundum, posse iisdem dici similes Religiosorum hominum ordines & Scholasti-  
corum disputatorum familias.* Thomæam,

*tur ad qua-  
tionem tri-  
pliciter.*

I.

2.

Scoticam, Durandinam, si spectentur insti-  
tuta illa, quæ vel bona, vel ex se saltem non  
mala. Quoad mala verò, posse cum iisdem  
conferri sectas omnes impias, sive Luthera-  
norum sint, siue Calvinianorum, aut aliorū.

Quoad tertium, omnes iis dico assimiles, qui  
iisdem scelere dedunt vitiis, cuiuscunque ijs aut  
religionis, aut sectæ sint, cuiuscunque aut sta-  
tus, aut ordinis. Si enim hypocritæ simus, su-  
persticiosi, fastuosi, ambitiosi, proximorum  
despicientes, auari, dilatantes phylacteria, ma-  
gnificentes fimbrias, sepulchra dealbata, in-  
uidi, infidi, contumaces, aliisque id genus  
Pharisaicis sceleribus cooperti, siue Catholi-  
ci, sive Lutherani, Calviniani, aliisve cuius-  
cunque furfuris hæretici, Pharisaei sumus, &  
cum Pharisaïs, quod auertat clementissimus  
Dominus; æternæ filij gehennæ. Ad omnes  
enim pertinet illud S. Hieronymi in capit. 23.  
Matthæi: *Væ vobis miseri, ad quos Pharisaorum  
vita transferunt. In hoc tamen ipso nequiores  
Catholicis malis hæretici omnes, quod cum  
hisco vitiis, perfidia ac hæresim coniungunt,  
imò ex eius præscripto, sèpe in hac ipsa scelere  
ingurgitant.*

## CAPUT XI.

*Quando cæperunt Pharisaïs?*

*Opiniones.*

I.

**D**ixit Maldonatus in c. 5. Matthæi; quod  
& in 2. ante dixerat, nō multo ante Chri-  
sti De-

*si Domini tempora, extitisse Pharisæos. idque sanè affirmat Diuus etiam Hieronymus in c. 8. Isaiæ, sed neuter certum definit tempus. Drusius verò fol. 32. Sunt, ait, qui memoriae prodiderunt sapientes, id est, חכמים dictos, fuisse usque ad Alexandrum Ianæum, eoque regnante primum cœpisse vocari Pharisæos. Quod legere memini in libro quodam Hebraico, qui vulgo compendium Iosephi vocatur. Adrichomius in sua Ierusalem ab Iasonis Pseudopontificis tempore, ipsorum arcessit initium. Quia verò Maldonatus Iosephum vtrumque suæ opinionis testimoniū laudare voluit, eam ex utroque intelligere ita oportebit, ut Machabæorum tempore iam fuerint, quemadmodum suprà monstravi, id est, ante CHRISTI Domini ortum annis plusquam 150. quibus Ionathas Iudæ Machabæi fortissimi frater fortissimus rerum apud Iudæos potitus est. Nam huius tempore sectas Iudaicas tres fuisse ostensum, contra Io. Drusium, fuit antea ex eodemque Iosephi loco, licet alia, quæ hoc tamen unū non probant, loca congerat; ex libro, inquam, 13. c. 9. haustum illud Genebrardi in Chronol. lib. 2. Sub Ionatham Pharisæorum ordo; Sic & Sadduceorum secta. Putarim tamen Pharisæorum (de aliis suo infrà loco dicam) exortum aliquanto adhuc superiorem. Nam primo non ait Iosephus hæreses illas tūc enatas, sed quasi de iis, quæ iam essent ac vigerent, loquitur:*

*Supradic.  
c. 3.*

**4.**

*Probabilit  
maxime.*

*Circa*

**Circa hoc tempus** (Ionathæ) erant tres Iudeorum hereses. Deinde Sadducæis Phariseos esse antiquiores, patebit ex illorum auctore infra, eorundemque ab istis discessione. At illo Ionathæ tempore Sadducæi extiterunt. Tertio, Ioannis Hyrcani tempore maximum iam Pharisæorum numerum, & auctoritatem fuisse, planum ex historia, vnde Drusiana ista con- trouersia, de qua supra, & iterum infra. Ergo pluribus annis ea secta iam steterit, quam inter Ionatham, & Hyrcanum istum interflu- xerunt. Ij autem sunt XXIV. Nam tam bre- ui tempore, tam noua, tamque mira secta multitudinem, & auctoritatem tantam col- ligere num satis commodè potuit? Quarto fuerunt Ionathæ, secutique Simeonis tem- pora fere semper tumultuum, bellorumque plenissima. quibus multum est, si quæ iam sunt instituta, seruentur, non autem noua in- stituantur. Denique ex ipso Pharisæorum au- ctore, ad quem iam propero, rei etiam huic stabilimentum.

## CAPUT XII.

*Pharisæica sectæ auctor quis?*

**D.** Hieronymi, quæ in Isaïæ caput 8. scri- psit, verba putant nonnulli ab hunc 3. Hierony- quæstiōni huic satisfacere. Sunt autem hæc mi verba. *Dicas domus, Nazarai* (qua ita Christum reci- piunt,

piant, vt obseruationes legis veteris non amittant) duas familias interpretantur, Sammai & Hillel: ex quibus orti sunt Scribe & Pharisæi, quorum suscepit scholam Akibas, quem magistrum Aquila profelyti autumant, & post eum Meir: cui succedit Iohannam filius Zachai, & post eum Eliezer, & per ordinem Delphon: & rursus Joseph Galileus: & usque ad captiuitatem Hierusalem Iosue. Sammai igitur & Hillel, non multo prius quam Dominus nasceretur, orti sunt in Iudea, quorum prior dissipator, interpretatur, sequens prophanus: eo quod per traditiones & deuteronomio suas legis precepta dissiparint, atque maculauerint. Sed in hisce In illis non  
 verbis notanda duo; Vnum, non potuisse A- tancor duo.  
 kibam esse profelyti Aquilæ Magistrum. Nā vixit profelytus ille Adriani tempore, vertiturque in Græcam linguam vetus Testamentum, ut scribit S. Epiphanius lib. de ponderibus, & mensuris. Akibas vero ante CHRISTI Domini ter salutarem ortum fuit, vt loco illo significat D. Hieronymus, & S. Epiphanius hæresi 15. & 33. qui ante Babyloniam etiam captiuitatem eum fuisse notat disertè hæresi 42. quæ Marcionitarum est. Si Aquilam Onkelos, qui Pentateuchum Chaldaica paraphasi exposuit, diceret, non paulò esset id tolerabilius. Alterum; quod ait S. Hieronymus ex Hillel, & Sammai ortos Pharisæos & Scribas, non esse de ortu primo accipiendum, sed de posteriore, qui est notior, propter quem scili-

2.

scilicet increuerunt illi magis, magnoque ad-  
huc discrimine, alij ab aliis separati sunt, ut  
paulò post patebit. Nam ortes prior altus in-  
dicabitur; Et Genebrardus li. 2. Chton. ea D.  
Hieronymi verba proferens, per parenthe-  
sim apponit, *ex Schamai & Hillel incrementa*  
*potius accepisse.* Pharisæorum igitur auctor nō  
vnus, sed plures à Iudæis ipsis referuntur: o-  
mnes scilicet viri, Synagogæ magnæ, idque  
quoad primum sectæ initium: & duo præ-  
stantes Rabbini, de quibus supra, & item in-  
frâ, quoad maiorem videlicet progressum:  
Aiunt enim Moysen in monte Sinai nō scri-  
ptam tantum legem, sed eius etiam intelligentiam, & eam, quæ ut supra iam dixi *behal pi*  
dicitur, id est, quæ ore traditur, accepisse, ipsi-  
que Iosuæ tradidisse: hunc Senioribus ipsum  
secutis: hos Prophetis: hos viris synagogæ ma-  
gnæ, qui duas dicuntur insignes sapientia  
Scholas seu Academias condidisse; vnam in  
Babylonia, super Euphratem, in Nehardeha:  
alteram Hierosolymæ, per eos, qui è captiu-  
itate Babylonica redierunt: è quibus sapien-  
tia officinis quæ plurimi sapientes extite-  
rint. Viri autem Synagogæ magnæ, quasi  
principes numerantur, post Babylonicum redi-  
tum, Zorobabel Salathielis filius, Iesus, Nehe-  
mias, Seraias, Raabias, Mardocheus, Balsan, Ma-  
spâr, Bagoas, Rahum, Baanas, post quos & ex eo-  
rum adhuc reliquiis, fuit, tempore Alexan-  
dri

*Responso-*  
*ad quaestio-*  
*nem.*

*Duplex*  
*Pharisæorum*  
*& ortus, &*  
*auditor.*

16

26

*Academia*  
*Iudaorum*  
*dæ.*

tri Magni, *Simeon*, cognomento *Iustus*, alias *Iaddus*, filius *Iosuæ*, nepos *Iosedech* Pontificis. Eum secutus est eius discipulus *Antignus*, siue, ut à quibusdam nominatur, *Antigonu*s, vir *Sochæus*, cuius discipuli memorantur quatuor: *duo scilicet Iose*, & *Sadoc*, eiusq; collega *Baietos*. Sed de his duobus posterioribus, in *Sadducæis* postea. E duobus prioribus, *Iose* unus fuit filius *Iohezeris* cuiusdam, vir *Tzedæus*: *Iose* alter filius *Iohannis*, & *Hierosolymitanus*. Horum discipuli fuerunt *Iosue* filius *Perachaiæ*, & *Nithai* *Arbelitanus*. Horum tunc discipuli *Iudas* filius *Tabeai*, & *Simon* filius *Sarachi*. Horum postea discipuli *Schemias*, & *Abtalion*; proselyti iustissimi. Horum vero discipuli, illi à quibus principium ducebant supra S. Hieronymus, *Hillel* & *Schamai*, quorum ille ab eodem D. Hieronymo prophanus, posterior dissipator interpretatur: ab aliis vero ille laudatus, hic vero caelestis. Vnde & quibusdam videtur ille à Iosepho lib. 15:c: 13: vocari θεολόγον, iste δαυιδίτης. Inter hos autem dissectionem quandam factam rectè notant, apud eundem S. Hieronymum loco citato, Nazaræi. Nam & adhuc hodie celebrantur apud Iudeos בֵּית הַלְּלָה, id est, *domus Hillelis*, & *domus Schamai*. Sed bonam, sanctam, & in nomine Domini factam eam sectionem, patet ex c.s. tract. p. irke aucth, vbi sententia haec: *Omnis contentio, qua est propter Deum*

*Dua dicitur  
fimorū Is-  
deorum  
familla.*

Deum in finem usque durabit : que vero non est propter Deum, non durabit in finem. Quanam est contentio, que fit propter Deum ? Contentio nempe Hillel & Schamei : que vero non fit propter Deum, est contentio Korab, & vniuersi caetus eius. E stirpe Dauid Hillelem fuisse ait R. Abraham Levi, vixisseque annos 120. & anno octogenario 40. e Babylone in terram sanctam venisse, ibique annos 40. docuisse. Ipsius autem fuisse traduntur discipuli octoginta, ingenio, doctrinaq; praestantissimi, quorum triginta dicunt Rabbini, dignos fuisse, super quos descendenter diuinitas, ut super Moysen : & triginta, propter quos staret sol immobilis, ut propter Iosue : ceteros viginti, fuisse vulgariores. sed omnium princeps Jonathan Vzielis filius: omnium minimus R. Iochan seu Ioannes, filius Zaccai. cuius tempore dicitur ab Rabbi Abraham fuisse Vespasianus. Inter hos Gamaliel senior, cuius filius Simeon, qui in urbis excidio cum Rabbi Ismaele Elisaei filio occisus; & Simeonis huius filius Iuda Nagid, seu Rabbenu Hakkados, vel Iuda Hannasi, id est, princeps in Pirke auoth c. 3. Huius vero filius R. Gamaliel secundus, cuius sententiae leguntur c. 2. Pirkeauoth: è quo libro fere haec & ex Rabbi Moysi de Kotzi Praef. in hebreum Praeceptum, Rabbi Abraham in historia Cabalæ, sed capitibus primi Pirkeauoth ordinem, quam Rabbi Abraham sequimauit, si quando discederunt.

derunt, quia liber ille certior, majorisque au-  
ctoritatis. Dissiderunt autem modice, sicut  
& uterque a D. Hieronymo in Isaie c. 8. dissi-  
der. Nam Rab Akibas apud hos tacetur, qui  
videtur inter illos Hillelis octoginta discipu-  
los fuisse, de quibus supra. itemque desidera-  
tur Rabbi Meir; de quo forte cap. 3. Pirke, &  
Rabbi Delphon, (de qua nihil usquam) R. Ioseph,  
sed post excidium nominatur Rabbi Tarphon,  
& alius R. Akiba. Vide si libet etiam, quae Ga-  
latius lib. i. c. 2. Genebrardus lib. 2. Chronol.  
Capnion lib. 1. Cabala, Mercerus lib. de Ab-  
breuiationibus Hebraicis, aliquae de his scri-  
pserunt.

## CAPUT XIII.

*Quae Pharisaorum auctoritas?*

**S**VPIAM profecto fuit apud omnem po-  
spulum. Iosephus lib. 13. c. 18. τόσοις τινεύχυσι  
τινικαὶ τοῦτο τὸ πλῆθος, οὐ καὶ βασιλέως πλέ-  
γοττεῖς, καὶ καὶ αρχιερεῖς, οὐδὲ τοισεύεται. Et ubi  
riūs ac testātius. lib. eodem c. 23. & 24. ubi A-  
lexander Rex moriens uxori suæ Alexandræ,  
quid facere debeat præscribit: & illa, quod  
ab illo præscriptum est, facit. Vult enim ille,  
ut se mortuo eat ipsa splendide Hierosolyma,  
& potestate in Pharisæis aliquam con-  
cedat. τότες γένεται πάτημα διατίναρπον πομπή εἰπεν  
επιτάσσοντα τὸ έδρανον θεάσας τοῦτον τοιούτον  
ιουδαίον τότες ἔφερε ταῖς ψάλταις, καὶ φίλοι

λογισμόντες ἀφελῆσι. μάλιστα δὲ σιτεύεσθαι τὰ  
εἰπεῖν πλάθει τοὺς ἄνθρωποντες, τὸ χαλεπὸν λέ-  
γουσιν. Rursum lib. 17. c. 3. Ημέσεν πινδαῖκας  
ἀνθράπων εἰπεῖν πλάθει μέχρι φροντίς τοιείν τομν,  
οἵς χαρητῷ τὸ δεῖον αφεποιημένοις ὑπήκοοι οὐ γινα-  
κώντες: Φαρισαῖος γελῶνται, βασιλεῦσι μαίμενος  
μάλιστα ἀνπορέασται, αφεμινθεῖς, καὶ δὲ πλευρῶν  
οἷς τὸ πολεμεῖν τὸν βλάπτειν επηρέασον. Et lib. 18.  
c. 2. refert, quemadmodum eorum pene ar-  
bitrio gererentur omnia. ita ut si Magistratus  
ac dignitates capessere vellent Sadducæi, ad  
illorum se voluntatem accommodare debe-  
rent. Sed omnium maxima erat eorum, qui  
Hierosolymis, tanquam in Metropoli mora-  
bantur auctoritas. ideoque & eorum sœpe  
maior arrogantia, fastus, & nequitia, vix no-  
tant S. Chrysostomus, Theophylactus, & Eu-  
stathius in Matth. c. 15. & pater ex illis, quæ  
c. 23. citato lib. 13. narrat Iosephus.

## CAPUT. XIV.

*Quibus vel de honestamensis, vel cla-  
dibus interdum affecti  
Pharisei?*

**I**Nsigne cum primis fuit illud de honesta-  
mentum, quod iis intulit Ioannes Hyrcan-  
nus Rex & Pontifex. Cum enim eos tanquam  
fuos & doctores, & amicos, ad magnificum  
inuicisset epulum, ab eorumque uno moris,

linguæque petulantioris Eleazarō perstri-

ctus esset, sic excanduit, vt (oleum præser- *E Pharisæos*  
tim camino addente Regis amico, secta Sad- *io. Hyrcan-*  
ducæo, nomine Ionatha) omnia Pharisæo- *neus fit Sad-*  
rum scita & decreta resciderit, eos, qui ea ob- *ducæo.*

seruarent, punierit, & ipse met; cum haec tenus

fuisse Pharisæus; ad Sadducæos transferit *¶* *¶*

*Φαρισαῖον πάντας*, inquit in huius historiæ nar-

ratione Iosephus lib. 13. c. 18. idque, vt ait, R.

Abraham in Cabala historica, & Iosephi Gor-

ionis Compendium; postquam administras-

set sumnum Sacerdotium quadraginta an-

nis, cum tamen imperij annos ei t. ibunt o-

mnes tantum 31. tam Flavius Iosephus, quam

Gorionides, eiusq; Compendium. Sed Hyr- *Eius filius*  
cani huius filius Rex Alexander cum Betho- *sumisiter.*

men urbem (quam esse Betsames paulò post

videbimus) cepisset, & captiuos inde com-

plures abduxit, eorumque quasi octingen-

tos, suo sub aspeetu, dum vna cum suis epu-

laretur pellicibus, in crucem egit, cum prius

aliam iis mortem iam intulisset, occidendo

scilicet eorum, in ipsorum adhuc viuerum

oculis, carissimos & liberos & uxores. Ita e-

nim lib. 13. c. 22. Iosephus. Εἰσάμενοι δὲ ἀπόπλο-

μέτρον τοῦ παλαιού, ἀραστρῶσιν περιταξεῖν αὐ-

τῆσθαι. τοὺς δὲ παιδεῖς, αὐτῶν καὶ τὰς γυναῖκας ἐπι-

τάτων αὐθίδη τὰς ἀκείνων ὄψεις ἐπέσφαλλεν. Hos

autem Pharisæos fuisse, coniicitur quidem ex

c. 24. libri eiusdem, dum Pharisæi octingen-

torum istorum mortis auctores ad supplicia depoposcerunt, ex iisque Diogenem quendam, & alios complures interfecerunt. Sed ne coniectura vlla opus sit, facit Gorionida, Iosephi Epitome, dum manifestè tragœdiam istam enarrat, sic: Confirmato & reuerso in regnum suum Rege Alexandro, Pharisei fugientes venerunt in Bettshemes munientes se contra Regem. Rex vero collecto exercitu suo profectus est contra eos, & subrata ciuitate apprehendit octingentos ex principiis Phariseis, ligatosque ferro perduxit eos in Ierusalem. Tunc fecit conuiuiū omnibus seruis suis super tectum palati sui in sublimi loco, ubi comedenterunt, & biberunt, & inebriati sunt cum eo magnates literatorum, & cum latroni animo præcepit educi octingentos viros vincitos, qui erant de maioribus Phariseorum, & suspensi sunt omnes in patibulis coram eo. Quod videns, bibit & risit. De eodem etiam Alejandro in historica Cabala R. Abraham sic: Is quoque odio insectatus est sapientes, & eos magna cæde affecit. Ab uno Simeone Satæ filio abstinuit, quod esset frater uxoris sua. Fugit autem Iosue Perasa filius; superioris Simeonis Satæ socius Alexandriam AEgypti, donec Simeon Satæ filius ei supplicatione redditum a Rege impetrasset. Quod refertur etiam in tract. Tahanith c. 10. & 11. tract. Sanedrin cap. chelek, & tract. de sponsalibus. Atque hoc tempore narrat idem Rabbi Abraham, accidisse, quod de Iesu Nazareno mendacissimè fabularuntur

tur impij Thalmudici in capite Chelek, cum isto Iosue vsum Magistro, cum eo fugisse in Ægyptum, fœminæ pulchritudinem lasciuus aspexisse, ideoque ab Magistro eiectum idola erexit, multosque magicis etiam artibus decepisse, ac tandem affixum cruci fuisse. Alterius scilicet alicuius in CHRISTVM Dominum Saluatorem scelera impudentissime conferunt, vel in ratione temporum annos plusquam centum & decem, nequissime aut minimūm indoctissime confundunt Verpi stolidissimi iuxta & flagitiosissimi. Iam vero Herodes Rex, cum sex Phariseorum millia in eius fidem iurare nollent, primo quidem ab eo pecunia mulctati sunt; deinde cum mulctam illam ab Pheroræ fratri vxore dependi cerneret, illorum complures necauit, ut est apud Iosephum lib. 17. c. 3. Ex eodem que ordine videntur illi fuisse, quos cap. 8. refert, doctissimos patriarcharum legum Interpretes, omnibusque, ob assiduam iuuentutis institutionem charissimos, Iudam Sariphæi filium, & Mathiam Margolothi filium. Sunt autem iij ab eo viui combusti, quod ipsorum hortatu, & impulsu aggressa eslet iuuentus, è qua & obtruncati plures; auream, quam magnæ templi portæ superposuerat Herodes, aquilam detrahere, impactisque securibus comminuere, idque quia huiuscmodi anathema contra legem iudicarent esse, quæ xw-

*Ab Herode  
occisi Pha-  
risei com-  
plures.*

*viui ab eo.*

*dem com-  
busisti alii-  
q.º.*

Ἄντιον καὶ τε ἀρασάσις ὅπινον, καὶ πιναντὸν αὐτὸν  
ταῦτας ὅπιν δεύτεραι τοῖς βιβλίοις αὐτὸν φέρε-  
νται νοίσοις.

## CAPUT XV.

## Quis Pharisaorum vestitus?

**P**iam quidem cum de phylacteriis & similiis actum, horum vestitus aliquo modo indicatus: addam tamen adhuc aliquid ex S. Epiphanio hæresi 16. ubi primò eos ait vsos Scribarum schemate, seu habitu. Hunc vero hæresi 15 descriperat sic: σόλας εἶτ' οὐδὲ ἀμπελό-  
**p**harisaic  
palliat. ναοῖ τοιέτοι αἰετάλοντο, καὶ δαλματικὰς, εἶτ' οὐδὲ<sup>τοι</sup> καλοβιστας ἐκ ταλαιστίμων σχήματος φοροῦ-  
σθεις κατασκευασμένας; id est: hi tales stolas siue pal-  
lia inducebant, & dalmaticas, siue colobiones ex la-  
tio purpure notis, ut purpurisssi, siue purpura pre-  
texti essent, paratos. Secundo. σχήματος ἀμπελό-  
νας, καὶ σχήματος ἄλλων χυμάτων καὶ γυναικῶν ἴμα-  
τίων ἐκ ταλαιπών τοις κρηπῖσι καὶ γλάστραις σχήματος  
φορούσθιε, id est, Interpretē Cornario:  
per amicula, & alios ornatus, ac muliebria pallia in-  
lati crepidis & calceamentorum ligulia proceden-  
tes. Quid si εἰ ταλαιπών vertamus in plateis,  
non in lati crepidis? cum de his quasi sciun-

Què addatur sic: δι ταλαιπών τοις κρηπῖσι,  
&c. De crepidis vero Gel-  
lius libro 13.

Cap.

Ca-

## CAPUT XVI.

*An adhuc hodie sint Pharisei?*

**Q**ui apud nos in Germania, cæterisque Europæ partibus versantur Iudei, Pharisæorum fere instituta, leges, cæmonias, perfidiam certè, pertinaciam, auaritiam, & nequitiam retinent. Itaque non inuitus aliquando eorum quibusdam assentiebar, cum in Wormaciensi sua Synagoga mihi se Pharisæos esse dicerent. Facit & aliorum, ante annos non plurimos, in oriente degentium fol. 75. mentionem Beniamin in suo Itinerario, hisce verbis: *Pharisei lugent Sion & Ierosolymam deplorant, carnis & vino abstinentes, pullatisque vestibus semper induiti, specubus aut casulis inhabentes, cunctisque diebus præter Sabbathum ieiunantes, assiduis etiam precibus Dei misericordiam, & nomen sanctum implorantes erga liberationem captiuitatis Israel.* Ita ille.

## CAPUT XVII.

*Veterum quorundam Pharisæorum vel gnomæ, vel apophthegmata.*

**V**T istam de Pharisæis, tetricam satis, disputationem paulò, & suauius, & fru-  
ctuosius concludam, delibabo paucula qua-  
dam eorum effata, prout ea, præscriptis sem-  
I 4 per

per nominibus, recitantur in tractatu Pirke auoth, c. i. & 2.

I. Viri Synagogæ magnæ, sententias dixerunt tres. 1. In iudicio diu moram in oratione. 2. Discipulus multos habet oportet. 3. Legi sepem facit oportet.

II. Simeon iustus, qui de Synagogæ magna fuit reliquiis; dicebat: Super tria stat mūndus, legem, religionem, seu Dei cultum, & beneficentiam, vel gratitudinem.

III. Dicere solebat Antignus Sochæus, Ne sitis tanquam servi, qui seruiunt magistro ea conditione, ut recipiant mercedem, sitque timor Dei super vobis.

IV. Iose Tscredæus dicebat: Sit domus tua, schola: seu sit domus, in quam conueniant sapientes: tuque ipse te in pedum eorum puluere pulueris, & cum siti, eorum verba combibe.

V. Iose Hierosolymitanus dicebat: Domus tua versus plateam aperta sit: & pauperes, sint domus tue filii.

VI. Rursum dicebat: Cum fœmina ne sermonem multiplicet. sicque ait, dicebant sapientes, & intelligebant de uxore propria, quanto magis de uxore proximi? Atque hinc est, quod iidem dicebant sapientes: Toto tempore quo sermonem cum fœmina vir multiplicat, primo quidem malum sibi ipsi vorat & arrodit, deinde à legis cessat studio, tertio denique in gehennam descendit.

VII. Iosue Perachites dicebat: Magistrum tibi para: studij socium etiam precio acquire: omnemque hominem iudica innocentem.

VIII.

VIII. Nithai Arbelites dixit: Te ipsum  
procūl remoue à vicino malo: ne homini malo te  
associa: ne despera ob vltionem, diuinam sci-  
licet.

IX. Iudas Tabæus dicebat: Ne te ipsum ge-  
ras instare eorum, qui lites adornant; & cum co-  
ram te steterint, qui litigant, erunt ambo in oculis  
tuis velut mali ac rei; & cum à conspectu tuo di-  
missi fuerint, erunt in oculis tuis velut iusti &  
innocentes, quia iam receperunt super se iudi-  
cium.

X. Simon Sarachius dixit: Esto in testibus ex-  
aminandis multis, & esto in verbis tuis cautus, ne  
ex iū forte discant mentiri ac fallere.

XI. R. Schamaias dicebat: Dilige opus; odi  
magisterium: ne te iungas cum dominatu, id  
est, ne esto Dominis magis nimium fami-  
liaris.

XII. R. Abtalion dixit: O sapientes, adhibe-  
re magnam in verbis vestris cautionem, ut ne no-  
xiam peccatis dignam deportatione seu exilio &  
transferamini in locum malarum aquarum, quas  
bibent discipuli, qui venient post vos, inueniatur  
que nomen Dei prophananum.

XIII. Dixit R. Hillel: Esto ex discipulis ipsius  
Aaronis, qui pacem diligebat, pacem sectabatur.  
& creaturas amabat, easque ad legem applicabat.  
Posset veri etiam sic: Esto è discipulis Aaronis,  
pacem diligens, pacem sectans, creaturas amans,  
ijsq; ad legis prescriptum & scopum vtens.

XIV. Dixit iterum: Qui nomen suum celebret, id ipsum perdit: & qui non auget, auget.

*plin. l. 2. ep. 10. Dispice, nos sit parū bromidum, liberare ex mihi? Et cum ego mihi ipsi, quid ego? Et si non mōdo, quod nibi ipsem do, quando?*

XV. Iterum: Qui non dicit, morte dignus est, & qui proprij commodi causa in corona (id est, in lege) se exercet, peribit.

XVI. Dixit præterea: Si non ego mihi, quis liberare ex mihi? Et cum ego mihi ipsi, quid ego? Et si non modo, quod nibi ipsem do, quando?

XVII. Idem Hillel ait: Ne separes te ab Ecclesia: neque credas tibi ipsi, usque ad mortis tua diem.

XVIII. Idem: Ne iudices proximum tuum donec ad eius locum pertingas.

XIX. Idem: Ne quidquam dicas, quod intelligi non possit, si tandem eiusmodi est, ut possit intelligi.

XX. Idem: Ne dicas, cum otium noctis fuerit discam, ne forte nunquam nanciscaris.

XXI. R. Schamai aiebat: Legem tuam, id est, quam tibi ipsi indixeris, vel quæ in utilitatem tuam tibi data sit, fac fixam.

XXII. Idem: Loquere parum, & fac multum.

XXIII. Idem iterum: Hominem quemlibet vultu sereno accipe.

XXIV. R. Gamaliel: Parati bī doctorem: & eipsum disiunge à re dubia, neq; assuefas dare sepius decimas per coniecturam.

XXV. R. Simon Gamalielites, inquit: Omnibus vita mea diebus inter sapientes educatus fui.

L I B R . I I . C A P . X V I I I .

fui, & non inuenit taciturnitate corpori quidquam  
vtius. neq; fundamentum felicitatis, est sermo-  
sed opus. Et omnis, qui verba multiplicat, pecca-  
rum adducit.

X X V I . Idem: Super tria firmatus mundus,  
veritatem, iudicium, & pacem, prout dictū (Zach.  
8.) Veritatem & iudicium, & pacem inducite in  
portis vestris. Hæc isti, à quibus ad Sadducœ  
vado.

## C A P V T X V I I I .

### De Sadducaorum nomine.

A Ltera libri huius secundi pars fuit in e-  
ius principio, Sadducais addicta. &c, vt  
in P̄. r̄. s̄. feci, ab eorum ordior nomine, lati.  
cuius no- male duplex affertur etymon. Vnū 1. Opinio  
ab appellatiu- nomine Tsedek, quod iustitiā  
significat. S. Epiph. viii hæresi 14. ἐπονομάζε-  
τιν οὐτοὶ εἰατῆς οὐδενερα. c, δῆγεν ἀπὸ δικαιοσύνης  
ἢ ἀπελήσεως ὁριωμένης — σὲ καὶ ἐρυταῖς της δι-  
καιοσύνην. Idem innuit D. H. onymus in Mat.  
22. Abulensis in idem caput q. 23. & è Chri-  
stianæ fidei, iustitiaeq; refugis Me. nchthon:  
Zadducae, ait li. 2. Chron. nominarunt si à Zad-  
dic, quod est iustus, quasi nominati essent iusti seu  
iusticiarij. Alterum à Tsadok primo sectæ huius 2. Opinio.  
conditore. Ita Philastrius, Elias in Thisbi, R.  
Jacob Præf. libri En., Auctor Cozri, R. A-  
branam Leuii, Cabala historica, R. Nathan  
Com-

Commentatio in Pirke auoth. & è recentioribus Christianis tam Catholicis, quam Nouatoribus complures. Quis autem iste Tsadok, & quomodo sectam hanc architectatus sit, dicam non multo post. Nunc illud de scriptione monebo. Primam in Hebreo litteram esse γ, quam ex S. Hieronymo Praefatione in Amos, dixi antea recte interdum per S. exprimi. Et sic Euangelistæ nostri, S. Matth. 3.16. & 22. S. Marcus c.12. S. Lucas 20. & Act. 4. 5. & 23. hosque deinceps secuti Graeci, & Latini omnes vocant & scribunt Sadducaos. Nouatores tamen Iuanius, & Tremellius, ne puritatis nihil, vbiunque occasiuncula est, inuehant, Zaducaos dicunt, prout etiam paulo ante dicebat Melanchthon. Quāvis enim γ littera recte etiam pro Ζ efferaatur, vt in Nazareth & Nazarao, ab iisde[m] Euangelistis factum, alterum tamen, quod bonum etiam, & usitatum est, deseretur, cui rei? Sic in medio ynicum ad ponere et Hebreum quidem licet, quod in γeco Iosepho interdum legitur, mordi que tenet, me non repugnante, Drusiu. Sed quia iidem Euangelistæ, aliquic veteres duo adponunt, ab iis cur vel vnguem discendamus? Iidem tamen illi Nouatores Tsaducaos scribunt annotatione in Marc. 7. Ideoque ferulam iis infligit, & meso, Nouator alius in Anglico suo consensu Hugo Brugtonus, ciuidemq; Latinus interpres, & Francofur-

*Quomodo  
scribendi  
Sadducaei:*

cofortensium Caluinistarum Minister Isaac Genius, qui sic: *Scribo Sadduc ad imitationem*  
 70. *Interpretum in nonnullis locis, idque in hunc si-*  
*nem, ut noui Testamenti Scripturam à docti cuius-*  
*dam Critici (Caluiniani Junij) vindicem repre-*  
*bensione;*

## CAPUT XIX.

*Quisnam Sadoc; Saduceorum consi-*  
*ditor & parens?*

**N**Opat quidē loco citato S. Epiphanius,  
 fuisse quondā Sacerdotum quempiam,  
 cui esset *Sadoc* nomen: & sancē est is in Davi-  
 dis historia, & deinceps celeberrimus 2. Re-  
 gum 8.15.17.18.19.20.3. Reg.. & alibi: sed cū  
 de quo hic sermo, non esse constat. Fuit au-  
 tem iste discipulus magni illius & veteris Pha-  
 risæi Antigni, quem supra Simeonis Iusti di-  
 scipulum indicaui. Fuit autem eidem *Sadoc*,  
 sub eodem Magistro, condiscipulus quidam  
 nomine *Baithos*, vel *Bairbus*, a quibusdā *Baie-*  
*tros*, à Drusio fol. 38. *Boethius* vocatus. Quām  
 fecte desino querere. Genebrardo tamē haud  
 assentior lib 2. Chronol. dum scribit: *Puto Do-*  
*sitheum esse Hebraeorum Baithos*. Nam quæ aut  
 significationis, aut vocis, præterquam in syl-  
 labā ultima tenue quid, similitudo? Deinde  
 omnes antea cirati docent, hoīce duos fuisse  
 condiscipulos, non vnum alterius M. gistrū.  
 Quæ

Fol. 103.

Alius ~~etiam~~ <sup>de Magister</sup> Quærendum igitur potius, an fuerit Dositheus aliquis horum Magister, & quis? Illud ~~Dositheus.~~ sanè afferit Philastrius, & ante ipsum eadem hæresi 14. S. Epiphanius, Σεβδηνος, ait, ἀπό της αρχαίας ὡραίας ἀπό Δοσιθέου. Dositheus vero videtur, quoad nomen, esse idem cum eo, qui c. 3. Pirke auoth appellatur ΝΑΘΩΝ Dositheus. Quoad rem vero, videtur diuersus hic ab illo, de quo quæritur, quia iste filius est Ianaï, qui & nomine alio secundum Fagianam interpretationem vocatur Meir, videturque illo altero iunior, & Phatiseus. Dipingit vero eum S. Epiphanius hæresi 13. fœdis ambitionis, hypocriseos, miseræque mortis coloribus, hoc modo: *Iste Dositheus commixtus est Samaritanis ab Iudeis exiliens ad illorum mores.* Et cum in legis doctrina processisset, iisque, quæ apud illos (Iudeos) sunt deuterisibus τὰ περιτία, id est, apud eosdem primas venatus esset, spiegel sua coronatu excidisset, neque dignus, qui apud Iudeos aliquid existimaretur, habitus esset, declinavit ad Samariticum genus, & huic ipsi (Dositheonatum) hæresi præfuit. In spelunca vero vitam agens, anachoreticam, propter nimium eius, quam sibi ipsi finxerat, sapientia studium, varie, ac hypocritice in ieanio perdarans, ut quidem fama est, sic mortuus est in panis & aquæ inopia, è spontaneo sub scilicet decreto seu sententia. Post dies vero aliquot venisse aiunt aliquos ad eius visitationem, eiusque corpus reperisse tetur exhalans odorem, & erumpentes.

pentes ex ipso vermes, muscarumq; super ipso numerum ingenti numero, & quodam veluti examinata constitisse. Tertullianus vero Praescript. 45. Dositheus primus ausus est Prophetas, quasi non Spiritu sancto locutos repudiare. Origenes in Matt. tract. 27. Sicut manifestat historia lectionem, non multi fuerunt homines, in tempore Apostolorum, qui Christos se esse dixerunt, nisi forte Dositheus Samaritus, unde & Dosithaeni dicuntur. & Simon. Contra Celsum vero lib. 2. Post I e s v tempora Dositheus Samarita conatus est persuadere suis cibis, se esse Christum illum pronunciatum a Moyse, visusque est discipulos inuenisse. Hæc de Sadoc Magistro Dositheo. Qui Sadocus tamen Idcirco potius huius a Philastro discipulus vocari videtur, quia ad eum iam a Iudeis sciunatum, Samaritisque iunctum se contulit, cum alioquin haec tenus Antigni fuisse discipulus. Fuit & Samaritanus alius Dositheo fere cognominis Theodosius, qui coram Philometore Ptolemaeo Samaritanorum causam agere conatus est, magno suo, sociisque sui Sabbae (a quo forte Seboueni Samaritas apud Epiphanium haeresi illi nisi si a septimo mense, in quem azyma & Pascha conferebant, vel generatim a Sabbatorum translatione iis nomen) malo, uti narrat libro 13. cap. 6. Iosephus.

## Quo modo enata Sadducaorum secta?

Duo modi;  
quibus ex-  
orta Sad-  
ducaorum  
heres.  
2. Modus.

**S**pectati potest duplex modus: Vnus, quo scipsum ab Indæis seiuñxit sectæ huius conditor; Alter, quo ab ipso iam nominato Dositheo discessit. Prior ille modus ab R. Abraham in sape citato libro sic narratur, Venit Alexander in terrā Israel, ad ipsius auditionem accessit Sanballat Horonites, & ceteri Cuthaorum, siue Samaritanorum Principes, cum quererentur, ut Sacerdotibus generis, & affinibus suis licaret adificare adem alteram sacram Garizim, itemq; omnibus, qui duceyant uxores alienigenas, nec eas volebant dimittere. Cui petitioni cum Rex assensisset, adificarunt adem. Tunc populus Israel in duas partes sectus est: Una sequuta est Simeonarii Iustum & Antignum discipulum ipsius, consumque eis, idque iuxta illud, quod traditione accepérant ab Ezra: altera Sanballat, & generos ipsius. Itaque obtulerunt holocausta, & sacrificia extra adem Domini, decreta constituerunt, & iudicia, praeceptor eorum dictabat. In hoc fano Sacerdotis munere refungebatur Manasses Iosue filij Iosedec filius. Primarius erat Sadoc cum collega Baietos. Hoc fuit initium heresis. Nam Sadoc & Baietos sese diuiserunt a Magistro suo Antigno, & defecerunt ad fanum montis Garizim illic fuerunt primarij. Ab Rabbi verò Nathane, in Commentario libri Pirke auoth, modus idem sic refertur: solita-

tum Sacerdoti antea nominatum doctorē Antignum cœbris guomen illam v. surpare sermoibus, sūsq[ue] inculcare discipulis, quæ est in cap. i. Pirke auoth. quamque supra cap. *Cap. 17.*  
de Phariseis ultimo recensui. *N*e sit is tanquam seruis, qui ea conditione Domino cuipiam seruiunt, quod mercedem ab eo accepturi sint. Cum enim, quod alioqui verissimum est; vellet Antignus, Deum esse propter seipsum, etiamsi præmio cultores suos nullo afficeret; amandum, cultuque omni, & obsequio venerandum: hanc pulcherri-  
mam, optimamque Magistri sui sententiam deprauauit praus discipulus, quasi dixisset ac docuisset ille, nullam aut benefactis, aut ma-  
lefactis à Deo rependendam olim mercedem. Sic-  
que sectam moliri, & architectari nouā cœ-  
pit, Catholicosque deserens, ad Samaritanos,  
& ad ipsum paulò ante depictum Dositheum  
fecit transfugium. Quo autem modo ab eo *2. Modus.*  
etiam defecerit, intelligetur, si eius prius co-  
memoraro dogmata.

## C A P V T XXI.

*Quæ Sadducaorum dogmata &  
instituta?*

**P**rimo, sacrorum librorum numerū trun-  
cabant, soloisque Moysis quinq; admit-  
tebant, cæteris vel historicis, vel Propheticis,  
& Hagiographis omnibus reiectis. R. Elias

K

Leui-

Leuites in Thisbi, verbo Sadok, Tertullianus  
Præscr. c. 49. cum dixisset, Dositheam Pro-  
phetas repudiate. Ex huius, ait, erroris radicē  
surgentēs Sadducae ausi sunt ad hanc hæresin etiam  
adūcere alias, de quibus postea: Origenes lib.  
i. contra Celsum, & tract. 21. in Matth. D. Hiero-  
nymus in Matth. 22. itemque V. Beda, qui  
idcirco dicunt, Christum Dominum, cum a-  
liæ plures, & clariores suppeterent scripturæ,  
illa sola ex c. 3. Exodi contra eos uti voluisse:  
Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob:  
Nam quinque tantum libros Moysi, ait loco cita-  
to S. Hieronymus, recipiebant Sadducae; Pro-  
phetarum vaticinia respuentes. Stultum ergo erat  
inde proferre testimonia, cuius auctoritatem non  
sequebantur. Origenes l. 3. in Epist. ad Roma-  
nos; Samaritæ se à litteris Dei alienos faciunt, re-  
pudiando Prophetas. His verò in sacrarum scri-  
pturarum libris quibusdam negandis, & è ca-  
none sacro expungendis adeo Nouatores ho-  
dam, sicuti dierni similes sunt, ut in caput illud Matth.

**E**s sacris Bi-  
blis oīciūt  
**Sadducae**  
libros quo-  
dam, sicuti  
**E**t hodie  
Lutherani,  
& Calvi-  
niani.  
22. illos eo modo Prophetarum libros reie-  
cisse, scribat Caluinus, quo ipse cum suis li-  
bros Ecclesiastici reiicit, & Machabæorum.  
Cur verò id ab iis factum sit, aliquam affert  
occasionem S. Epiphanius ante hæresin no-  
nam, & in ea. Cæterum eosdem quinque li-  
bros Moysis tribus adhuc litteris, si quando  
eæ occurrebant, mutilatunt Samaritani, ad  
quos transfugit Sadoc, hisce videlicet ȝ, ȝ, ȝ,

quatuor

quatum prima in Abraham medio quasi lo-  
co est, secunda in eius filio Isaac, tertia in  
in nepote Jacob, prout Benjamin Tudelensis  
in Itinerario suo pag. 40. notauit, dicens eos quasdam  
litterarum illarum loco substituere hoc est, spiritus immutant:  
tum tenuem. Præterea verò ipsum primum  
Moysis versuti iidem corrumpebant. Nam  
vbi scriptum est: *In principio creauit Deus celum & terram*, legebant ipsis: *In principio creauit Assima celum & terram*: quod Assima esset Ema-  
thitarum idolum, quemadmodum de ipsis  
memoria prodiidit R. Abenezra in principio libri Esther: *Duo tamen posteriora hæc negat lib. 7.* Emend. temp. Scaliger: *sycophan-*  
*tiamque contra Samaritanos esse ait Iudai-*  
*cam. Primo, quia sectus ait Postellus. Secun-*  
*do, quia dixissent potius: In principio creauit Nergel celum & terram, quia Nergel idolum era Cuthæorum,* 4. Reg. c. 18. non Assima: Sed  
primo fieri potuit ut ipsius Beniaminitem-  
pore, tres illas repudiarent litteras Samarita-  
ni, nostro autem seculo quo vixit Postellus,  
recipient. Secundo, plura idola cum haberet  
Cuthæi, causæ aliquid habere potuerunt, cur  
vnus potius quam alterum ponerent:

II. Nullam Maiorum traditionem, vel scri-  
ptæ legis interpretatione, à Moysè, vel Pro-  
phetis, & Doctoribus aliis ductam admitte-  
bant. Elias in Thisbi: *Duos, ait, discipulos habuit Antignus vir Sochdus, quorum alteri Zadok, at-*  
*Doctorum interpres in sacris litteris con-*  
*temnebant Sadducas,*

dico resum-  
 pto nostri  
 hæresici.  
 teri verò Baithos nomen erat, qui deficiētes à pre-  
 ceptore, ad homines malos cōperunt negare legem  
 ugetenus traditam. Neque fidem habuerunt, nisi  
 ei, quod in lege scriptum erat. Hancque ob causam  
 vocati Caraim, ut ibidem, & postea in voce  
 karah idem refert Elias. Hinc illa Iudæorum  
 distinctio, vt alij sint Rabbanijm, id est, Rabbi-  
 nistæ, Magistralis, qui Rabbinorum scilicet  
 scita, trāditiones, & interpretationes admit-  
 tunt, hique dicuntur, Arabicè Damasceni siue  
 Syri, Hebræicè, Israëlitici ac Hebræi. 2. Arabi-  
 cè Græci, & Hebraicè Babylonij Alij Caraim,  
 id est, lectionarij, scripturarij, textuarij, de  
 quibus iam suprà lib. i. c. 5. & hos facit Scaliger  
 lib. 2. temp. emend. duplices: quorum alij  
 solum agnoscunt pentateuchum, alij Biblio-  
 rum etiam libros alios. sed omniām, vt dixi,  
 traditionem, & doctorum expositionem re-  
 spuendo. Origenes lib. 3. Comment. ad Ro-  
 ma. cūm de Samaritis, quæ suprà cītaui, dixi-  
 set; pergit: Sed & hereticis, qui iniqitatem lo-  
 quuntur in excelsum, & qui impietate sua diui-  
 dunt unitatem Deitatis, & qui legem ab Euange-  
 liis separant, non dixerim credita esse eloquia Dei  
 pro eo, quod diuina apud eos volumina relegi vi-  
 dentur: sed quia nihil in his sentiunt spiritale, nihil  
 Deo dignum, solam apud eos, qua occidit, haberet  
 litteram dixerim. S. Hilarius lib. 2. de Trinita-  
 te: De intelligentia, heresis non de scriptura est, sen-  
 sus, & non sermo, fit crimen. D. Augustinus e-  
 pist.

pist. 222. ad Consentium: Intellectum valdè am. quia & ipsa scriptura sancta, quæ magnarum rerum, ante intelligentiam, suadent fidem, nisi eas rectè intelligas, utiles tibi esse non possunt. Omnes enim heretici, qui eas in auctoritate recipiunt, ipsas sibi videntur sectari, cum suos potius sectentur errores: ac per hoc, non quod eas cōtemnant, sed quod non intelligent, heretici sunt.

III. Nullum post hanc vitam bonis operibus præmium, nullum malis supplicium iebant post credebant, Iosephus lib. 2. Capt. c. 12. nū<sup>o</sup> 25<sup>o</sup>. Vitam prædictam tuas eis & tuas atra p̄m. Patetque id etiam ex cap. superiore, & sequentibus in hoc ipso capite. Hinc verò dicebat Apostolus Act. 23. versu 6. De spe (qua scilicet præmia expectantur) & resurrectione mortuorum ego iudicor.

IV. Nullam agnoscabant corporum resurrectionem, Matth. 22. v. 23. Marc. 12. v. 18. negabatur. Luc. 20. 27. Act. 23. 8.

V. Animas hominum unā cum eoru[m] corporibus interire, ac in nihilum evanescere aiebant D. Hieronymus in Matth. 22. Iosephus lib. 2. Capt. c. 12. Καὶ τὸν ἀγροῦ λόφον ἀναψύσθι. li. 18. Arch. c. 2. οὐχὶ τοῖς εὐπάτωρες τοῖς εὐπάτωρες τοῖς εὐπάτωρες. Atque hoc pertinet, quod lib. 2. Mach. c. 12. ad 2. hereticorum obiectio- nem notabam. Nam sanè contra istos, quorum illis fere temporibus vespana extiterat, factio maximè ferebatur optima, sapientissimaque Iudeæ Machabæi sententia, quam eo

K loco

loco libri illius auctor notauit.

*Angelis etiā.*

V. Negabant Angelos Act. 23. v. 8. quam hæresin hodie repullulare (scilicet ut repullulant sexcentæ aliae) ait ibi Galuinus & lib. 1. Instit. c. 14. §. 9. & Beza in sequenti dogmate, citandus.

*Spiritus  
quomodo ab  
eisdem ne-  
gabatur;  
expositio-  
nes 4.  
1. esse Ange-  
lum.*

*2. esse ani-  
mam.*

*3. esse diabo-  
lum.*

*4. spiritum  
diuinum  
esse.*

VII. Negabant spiritum. Actuum loco eodem. Spiritum autem accipiunt apud S. Chrysostomum in illum locum nonnulli pro Angelo. Sed in tam breui dogmatum narratricula, quomodo duobus nominibus Angelii significarentur? Et esletne satis commoda negationum distinctio hæc, Sadducæ dicunt, non esse resurrectionem, neq; Angelum, neq; spiritum? Animā intelligit Abulensis in Matt. 22. q. 127. cuius immortalitatem inficiabantur Sadducæi, vt suprà dixi. quia hæc *πνεῦμα*, seu spiritus crebrè vocatur. sed vel negarent homines animo præditos esse, si simpliciter animam negarent, vel addendum. & subaudiendum foret, post mortem. vt tum scilicet humanus non superesset spiritus. Apud Abulensem loco citato, *demonem* forte intelligi posse, dicitur. sed hic sub Angelo continetur, neque causa est, cur potius vocetur spiritus, & quidem absque ullo adiuncto, quam bonus Angelus. Melius ergo intelligitur spiritus Dei, prout intellectus est à Philastrio in Dosithei hæresi, à D. Epiphanio dicente hæresi 14. *πνεῦμα δὲ ἀγαθὸν τούτον.* καὶ διὰ τούτου οὐκ εἰσπέ-

*εἰμένοις.* Et indicatur à versu 9. ibidem, cum dicitur, *Quid si spiritus locutus est ei, aut Angelus?* Sed primæ interpretationis fautor ali- *objec.* quis dixerit, videri eo loci duo tantum me- moranda, quæ isti negarint, quia quasi de duobus subditur. *Pharisei autem utraque con-*  
*fitentur.* Respondeo, τὰ ἀμφότερα posse dicere *Reffon.*  
 pluribus, quando plura ista possunt ad duo quæpiam reuocari genera, prout suis in cō-  
 mentariis linguae Græcæ notauit Budæus. Sic enim & Catilinaria 2. Tullius. *Vtrosq;*, inquit,  
*Quirites, in eodem genere prædatorum, direpto-*  
*rumque pono.* Quia igitur spirituum tam diui-  
 ni, quam Angelici, vel humani, vnum veluti genus est (pandendo tamen id nominis la-  
 tiūs, quam ut Categorii Logicis includatur) idcirco dixit S. Lucas τὰ ἀμφότερα. Et sanè no-  
 tat loco eodem S. Chrysostomus de pluribus posse id accipi vocabulum, idque significant Arabicus, & Syriacus textus, qui verterunt: *Pharisei autem omnia hec confitentur.* Notat ve-  
 rò illic Beza, in ea etiamnum hodie Liberti-  
 nos hæresi esse, ut Angelorum, animarumq;  
 ὄπτοσαι negent.

VIII. Deum neque malum facere, neque perspicere aiebant, quorum prius verissi-  
 mum, posterius falsissimum. Iosephus lib. 2.  
 Capt. c. 12.

IX. Christo etiam Domino molesti fue-  
 sunt, signum ab eo petendo, Matth. 26. Matth.

22.v.23 Mat. 12.18. Luc. 20.27. quæstionibus cù  
capitio si rentando Matth. 22. egressendo, ipius  
discipulos docere populum, & annunciarer in Iesu  
resurrectionem ex mortuis, Act. 4. v.1. &c. 2. eos ca-  
piendo, & in carceres coniiciendo, Act. 5.  
v.17.18. in iudicium adducendo, Act. 23.6.

X. Secundum carnem prædicabant vivendum,  
ait Philastrius, & corpus circumcidendum,  
atque baptizandum.

Badducati,  
Epicurei.

XI. Epicuream dementiam potius quam discri-  
nare legi iura secessabantur, inquit id est Philastrius.  
Et sane quid è superioribus placitis aliud quæ  
Epicureismus merus, nasci potuit? Corpo-  
rum sublata resurrectione, animorum nega-  
ta immortalitate, præmiorum, peccarumq;  
itrise compensatione, quid nisi belluina exi-  
stet vita, vetusque illud, Ede, bibe, post mor-  
tem nulla voluptas. Vide Chrysostomum in  
Matth. 22. Abul. q.126. Vnde in cap.2. Pirke  
auoth R. Elazar. Da operam ad descendam le-  
gem, ut habeas quod respondeas Epicureo. Et con-  
sidera coram quo tu labores, qui item sit Dominus  
operis tui, qui tibi rependet mercedem pro ope-  
re tuo.

Fatum tol-

lunt Sed-  
ducais.

XII. Iosephus lib. 13. c. 9. Σαδδουκαιοί δὲ μὲν  
εἰμαρτύριον ἀναφέντων, οὐδὲν τὸν πάντας  
οὐτε κατ' αὐτὰ τὰ διδράσπια τάχα λαμβάνειν. εἴ-  
παντας ἐφ' οἷμην αὐτοῖς πίθενται. ὡς γὰρ τοῦτον  
αἵτιναν καὶ αὐταῖς γνωρέεις μὴ τὰ χερσαριθμοὺς οὐκε-  
τε γνωρίζειν. Διηγεῖν τοις. Similial. 2. Cap. c. 12.

XIII.

XIII. Idem lib. 18. c. 2. οἱ δὲ Σαδδουκαὶ  
ζήτουσιν (πολὺ συδίδειν) ὁ λόγος τοῦ αὐτοῦ παντες.  
τρεῖς τοῖς αἰχματοῖς. περισσότερον τὸν αὐτὸν οὐ περ τοῦ  
δέντρου εἰπεῖν. ὅπότε γένεται πάρχαις παρέλθοντες, αἰκι-  
νώσις μὲν καὶ κατ' αὐλάκας, περιχωρεῖσι δὲ τοῖς οἴς δια-  
τελοῦσιν λέγει, διὰ τὸ μὴ ἀλλως ἀνεκτὸς γενέσθαι τοῖς Populo in-  
αληγοῖς.

XIV. Idem Iosephus lib. 2. Capt. cap. 12.

Σαδδουκαίων καὶ τοῖς αἰλούροις τὸ δέντρο αἰγειώπειον Duri οὐ  
αἴτε ἀπομιξίαι τοῖς ὄμοιοις αἰγειώπειοι τοῖς graftes.  
ἄλλοις, lib. 20. & Euseb. 2 hist. c. 23. Saddu-  
cæi sunt præcateris Indeis in suppliciis crudelēs, & crudelēs  
acerbi.

## CAPUT XXII.

### An Sadducaei Samaritani?

**S**amaritani duplices inueniuntur. Alij à Samaritani  
Iudaico genere alieni, apertamque cum duplices.  
aliquo Dei vnius cultu idolatriam coniun- priores.  
gentes. 4. Reg c. 17. v. 24. & 41. constabantq;  
isti è quatuor fere gentibus, à quibus & no-  
minati fuerunt, Cuthæi, Emathæi, Auæi, Se-  
phaniæimite. quos hæresi 8. vocat S. Epiph-  
anius. χαθαίνεις, καθαίνεις, σεπφαρισαίνεις, καὶ αἰαγο-  
γαῖνεις. Alij sunt ex istis orti, in quibus, & è posteriores.  
Iudaico genere complures, qui apertam qui-  
dem idolatriam omnia excusserant, per  
ignorantiam tamen, ut ait S. Epiphanius hæ-  
resi 9. illius adhuc aliquid retinebant, dum ad  
cum montem, in quo quatuor illarum gen-

tium idola defossa, & abscondita erant, tanquam sanctum, sese quoties orarent, conuertebant, cumque Garizim appellabant. Et hi sunt, qui Garizitanum templum inuerūt, ab Alexandro Magno impetratum, ut supra ex R. Abraham attigi, & persequitur copiosius Iosephus lib. 13. c. vlt. hiq; sunt, quorum post Alexandri huius Magni tempora, mentio, vel in Euangeliis, vel in sacris aliis, prophaniisque scriptoribus, quorum item dogmata & mores describit S. Epiphanius haeret. cum quibus valde consonant, quae de ipsorum reliquiis narrat Arabs Geographus in climatis secundi parte 2. Post eam, inquit, *Insula Samaritarum*, quam incolunt quidam Iudei Samarita. Argumento est, quod unusquisque eorum dicat, quoties aliquis applicat se ad eos. Ne attingas. Et hoc quidem sermone cognoscitur, quod ipsi sint ex iis Iudeis, qui cognominantur Samariti complices vituli in seculo Moysis, super quem sit pax. Vituli autem complices appellantur, non quod cum vitulis adoraretur iam fuerint, sed quod eorum se imitatores praebant, vel ex iis quasi progeniti videantur, qui vitulo illo adorando peccarunt. Sadducei ergo prioris generis Samaritani non erant, ut patet. Ad posteriores vero sese aggregarunt, dum ab Magistro suo Antigno discesserunt Sadocus, & Baiethos, ut supra dictum est; sed ita, ut quemadmodum in huiuscemodi factionibus

Cap. 10.

Exod. 32.

Cap. 20.

bus euenire solet, non omnipino essent Sama- *Sadducæi*  
 ritani: verum eorum quædam tenerent &  
 dogmata, & instituta, ut illa de solius penta- *ad Samaritanos posteriorum scriptorum*  
 teuchi, usque ejus, quod scriptum esset, *Bar奴*  
 amplexu, de traditionum & interpretatio-  
 num omnium respectu, de mortuorum re-  
 surrectionis inficiatu, & similia: nonnulla  
 vero immutarent, aliaq; procuderebant. Nam *Cum quodcum illi in solo suo Garizitanq templo facili-*  
*dam tamen discrimine.*  
 ficia offerrent, in Hierosolymitano sacrificava-  
 bant Sadducæi, εκ ποστ, inquit, S. Epiphanius  
 hæreti 9. Σαδδουκεῖοι, Σαμαριταῖοι, ἀλλ' Ιudeῖοι  
 Εἰς τερεύθυνοις γένος θεοσάζον. Samaritani nul-  
 lam cum Iudeis consuetudinem, conuictum,  
 congressumque ac sermonem habebant: Io-  
 an. 4. versu 9. At Sadducæi Hierosolymis ha-  
 bitabant, Iudeorum Regibus familiares er-  
 rent: Iosephus libro 18. cap. cum Sacerdoti-  
 bus & Pharisæis agebant, in eodemque con-  
 siderabant senatu. Act. 4. 5. 23. Vnde S. Epi-  
 phanius loco citato, τὰ πάντα Ιου τοῖς Σα-  
 μαρείταις φυλάττουσιν: τὰ δὲ ἄλλα πάντα ιudeῖοις  
 συντελεστον. Vnde aliquando iidem Saddu-  
 cæi vocantur Samaritani, aliquando ab iis  
 distinguuntur: quia medij, & velut ambidi-  
 dextri ac αμφιθέξοι erant, & in ea, quæ ipsis  
 cum Pharisæis erat dissensione, ipsos seque-  
 bantur Samaritani, ut ait libro

4. cap. 29. Gorio-  
 nides.

CA-

## CAPUT XXIII.

*Sadduceian Dositheani?*

Cap. 19.

**A**D Dositheum, qui ad Samaritarum se-  
Cap. 19. se factionem transtulerat, secessisse Sa-  
docum, dixi suprà: ideoque Sadduceos Do-  
sitheanos, vel, ut S. Epiphanius appellat, Do-  
sitheos existimarit quispiam. Negandum id ta-  
men, dicendumque à Dositheo Sadocum  
dissensisse, lectamque à scipso nouam fabri-  
catum. Dosithei enim corporum anastasis  
confitebantur, ut ait hæresi 13. S. Epiphanius.  
Eius verò, ut suprà vidimus tam Samaritæ,  
quam Sadducæi summi erât iniciatores. Par-  
de cæteris dogmatibus omnibus, quæ ex hoc  
uno aprà, nœxaq; sunt, sententia.

## CAPUT XXIV.

*An, Mosaica stans Synagoga, verè  
heretici Sadducæi?*

Sadducæi,  
heretici.

**F**Verunt Sadducæi verè malam in partem  
heretici, cum veteris etiam Synagogæ sta-  
ret adhuc status. quia & heretica, impiaque  
admodum, vt antea constitit; eorum erant  
dogmata, & in eis erat ab Moysis cathedra  
latum damnationis iudicium. Nam de sacro-  
rum librorum numero synodi iam fuerant &  
decreta, partim Esdræ facta temporibus, par-  
tim postea, prout in Bababatra videre est. Et  
in R.

in R. Mose de Corzi, Elia Praefatio. 3. Masoneth, Genebrardo lib. 2. Chron. Resurrectio  
verò mortuorum nonne 2. Machab. c. 12. contra eos disertissimè astructa? v. 43. Et facta col-  
latione, inquit, duodecim millia drachmas argen-  
ti misit Iudas Ierosolymā, offerri pro peccatis mor-  
tuorum sacrificium, bene & religiosè de resurrec-  
tione cogitans (nisi enim eos, qui ceciderant resur-  
recturos speraret, superfluum videretur & vanum  
orare pro mortuis.) Nonne ibidem versu 45.  
prometitorum, in futuro sæculo, remunera-  
tio, contra eosdem, clarissimè asseuerata?  
Considerabat (Iudas Machabæus) quod hi, qui  
cum pietate dormitionem acceperant optimam ha-  
berent repositam gratiam. Et sæpissimè in He-  
breorum scriptis vocantur *minim*, id est, ha-  
retici, vt cū apud Gorionidem dicitur, Hyr-  
canus ad montem Garizim venisse, cepisseq;  
*lamminim*, id est, hæreticorum, & *haccouthim*,  
id est, Samaritanorum munitionem, & fanū  
illud Garizitanum, quod *lamminim*, id est,  
hæreticorum erat, destruxisse, Samariamque  
vibens, quæ mater & vrbis erat *laccouthim* &  
*lamminim* Samaritanis & hæreticis, obsecuisse.  
Rursumque postea. Quidam (ait in Compen-  
dio idem Gorionides) ex ministris Regis oderat  
sapietes (Phari~~zos~~) & erat in euriach minouth,  
id est, odor hæreseos, sive vti loquuntur Latini,  
hæresin olebant. Rabbini, ait Elias in Thi-  
sibi, cum, cui non est scientia, seu lex, vocans Min.

Et

Et scripsit Rambam, cuius benedicta memoria; hoc nomen in aliū nullum cadere; preterquam in Sadduceū & Baithosium. Ita ille. Philastrius non hæresim tantum, sed & pestiferam hæresin appellat. Constitutionum Apostolicarum liber sextus c. 6: primum inter malas hæreses locum Sadducæis dat. Atque hi in rara, & paucæ nulla CHRISTI Domini, nisi dum vltro quæstionibus eum semel ac iterum lacecesserant; cum his sermocinatio: nullus aut congressus aut conuiuium: cum ad Phariseos tamem itarit, cum iisque pranderit, & discubuerit saepius, Luc. 7.v.36.c.11.37. c.14.1. Et hodie Iudei magno prosequuntur odio eos omnes, qui CARAIM, ob suprà dictam causam, vocantur, nullamque cum eis aut precum, aut connubiorum, & commerciorum communionem habere volut. Sed cur, inquies, Sadducæi ergo Hierosolymis tranebant? cum Sacerdotibus, eorumque Principibus agebant? in concilia & synedria ventabant? in Dei templo sacrificabant? Ob quæstionem istam putauit in Matth. 22.q.129,130,131. Abulensis, Sadducæorum dogmata existimata fuisse non repugnare articulis fidei, & ad opiniones potius, quam ad fixa dogmata pertinere. Sed dicendum potius, toleratos ipsos fuisse, quia potentes erant Sadducæi, potentumque gratia fulciebantur, vt à Gorionide lib. 4.c.29. Flauio li. 18.c.2.scribitur. Secundo,

*Lit. i.e. 5.1.  
2. c. 21. n. 2.*

*Obiect.*

*Reff. 1.*

*1.*

*2.*

quia

Quia in Regum aulis occulti erant ex eorum  
secta hæretici, qui ipsorum commodis & ra-  
tionibus studebant, prout paulò ante nar-  
bat idem Gorionides. Tertio, ipsi etiam in-  
terdum Reges eorum quandoque approba-  
runt, & amplexi sunt placita, ut Hyrcanus,  
de quo *suprà*, & rursum postea. Quarto, He-  
rodes Tyrannus, magnus erat, ut ex ipius ge-  
stis rebus, & ex Iosepho lib. 15: c. 12. liquet; Ma-  
chiauella: ideoque studia, partesque contra-  
rias, tanquam Reip. regnoque suo viles, li-  
benter souebat: & Sadducæis quidem tanto  
fauebat lubentius, quanto Pharisæis inter-  
dum, prout *suprà* vidimus, iratior erat, & in-  
festior: Accedebat ingens eorum, qui Catho-  
lici tum erant, qui Moysis cathedram ob-  
tinebant; ob tot, quibus contaminabantur,  
flagitia, temor, & negligentia in iis, quæ ad  
comprimendos spectabant hæreticos, præ-  
sertim cum, ut *suprà* dictum, opibus, & clien-  
télis, pollerent hi plurimum. Hinc porro per-  
spicuum, dixisse quidem Dominum genera-  
tim, Matth. 16. à Pharisæorum & Sadducorum  
fermento, quod eorum doctrina fuit; cauen-  
dum: sed hoc fermentum dum speciatim ex-  
penditur, aliter in Pharisæis, aliter in Sad-  
ducæis accipiendum. Et meus Diuinus fol. 16:  
Sadducæos vocat hæreticos, non autem Pha-  
risæos; quemadmodum, ubi de his distereba-  
tur; notatum.

## CAPUT XXV.

*Quando cœperunt Sadducae?*

L. 2. s. 20.

Ibid.

**S**amaritanorum quidem hæreticorū suie. Alexandri Magni tempore, prout suprà notaui, exordium. Sadduceorum verò paulò post proserpsit hæresis, cum ab eius, qui cum Alexandre Magno egerat, Simonis lusti discipulo Antigno, ad Samaritas descuerunt Sadoc & Baiethus, quemadmodum suprà expositum. Ideoque & ante Ionathæ tempora fuerunt Sadducæi, contra quam asseruit Abulensis 3. Matth. q. 63. Genebrardus lib. 2. Adrichomius in sua Hierusalem. Non multo igitur post Esdram & Alexandrum cœperunt.

## CAPUT XXVI.

*An ad nostram etatem usq; , Sadduceorum aliqui deuenerint?*

**V**el Sadduceos propriè dictos, qui Christianis initiati sacrī nō sunt, accipimus, vel tropicè Sadduceos. De prioris modi Sadduceis respondet tria Genebrardus lib. 2. Primum, fuisse Sadduceorum hæresin valde numerosam, usque ad Hierosolymitanum à Tito factum excidium, Romanamque Iudeorum captiuitatem. Alterum, annis postea fere 700. eandem rursus in Iudeorum populo quantumuis disperso, & exiliis variis afflito, reno-

Resp. 1. de  
propriè di-  
ctis Saddu-  
ceis.

renouatam à Rabbino quodam Anan, eiusque filio Saule. Cum enim Anan Dosithei, de quo suprà, instar *Gaon* esse velet, id est, *lib. 2.c.19.* Thalmudici doctoratus titulo, ac dignitate insigniri cuperet. (Qui enim gradum hunc ascendebat, is eo tempore *Gaon*, in est, illustris & præstans vocabatur) neque voti compos fieret, ira effebuit, veteremque Sadducæorum de diuinis libris, eorum explanationibus, maiorum traditionibus fabulam retulit: seq; cum suis, libros eos tantum recipere dixit, quos certò à Deo prosectoros cognouisset: solique Dei verbo, non autem Doctorum illorum explicationibus adhærere professus est. contra quem, & alium quendam eiusdem sectæ præcipuum Carcasnæum disputat subinde R. Abraham in citata Cabala, qui cum miraculum, quo Iaddus sed Simon iustus, de quo alibi; Alexandrum Magnum *Harm. l.2.* iratum & armatum placauit ac exarmauit, *Mach. c.3.* retulisset, Effectum est, ait. insigne illud miraculum opera Simonis Iusti, quale non contigit Anani, *c. fol. 558. ex Iosepho l. 13. c. 6. s. O-* nec Carcasnao heretikerū Principibus Sereis. Tertiogenes l.s. tio, extare adhuc hodie Sadducæorum aliquos testatur in Africæ suæ descriptione Io. *contra Celsum, D.* Leo: sed nomine illo Caraïm nominatos, de *Hier. in Da- niel. c. 9 Ni-* quo Elias in voce *Sadok*, & voce *Kara*. Verba *cep. l. 2. c. 4.* & Leonis & aliorū, de his mihi iam ante pro- lata. De iis verò, qui per tropum Sadducæi *Resp. 2. de metaphori- c. 3. & 22. Matth. cis Saddu-* sunt, agit Maldonatus in *c. 3. & 22. Matth.*

L CA- cass.

## CAPUT XXVII.

*Quae Sadduceorum vel aduersa, vel  
prosperares?*

**S**adduceos.  
rum adver-  
sus.

**V**NO eodemque libri tertii decimi capi-  
te xviii. Iosephus Flavius Sadduceo-  
rum aduersas, prosperasque res complexus  
est, dum narrat, quemadmodum anno inte-  
gro Samariam urbem obsederit Io. Hyrca-  
nus: tandemque per filios suos Antigonum  
& Aristobulum ceperit, vastarit, funditus  
euerterit. Cum quo facit Iosephi Epitome sic  
referens. Venit Hyrcanus ad montem G.urizim,  
& cepit munitionem Hereticorum & Samarita-  
norum; atque diruit fanum illud quod habebant  
heretici, quod scilicet ab eis vocabatur domus San-  
ctuarij. Hoc exstructum erat cum licentia Alexan-  
dri Regis primi Graecorum: & exstruxit ipsum  
Mnasse Sacerdos frater Simeonis Iusti: sed Hyrca-  
nus Sacerdos magnus diruit ipsum annis ducentis  
postquam exstructum erat: Et pergens ad urbem  
Samaria, obsedit eam. Obsessa igitur est vrbis, qua  
fuit mater, & ciuitas Samaritanorum & hereti-  
corum, afflictio sunt ab Hyrcano, donec comedere-  
rent cadavera canum. Cumq; aduenisset dies ieui-  
niū propitiationis, festinavit Hyrcanus Rex in Hie-  
rusalem pro officio festi, quia erat summus Sacerdos.  
Constituitq; super exercitum Aristobulum filium  
suum maiorem, & Antigonum filium suum se-  
cundo loco natum. Interim Samaritani, & hereti-

tici miserunt epistolam ad Regem Graecorum, ut veniret eis in auxilium. Venit ergo Rex Graecorum ad eos cum virtute magna & manu forti. Cui in occursum exierunt duo pueri filii Regis, & exercitus Israel, percutientes eum, ut fere nulla superessent reliquia. Viginti enim & unum millia fortissimorum occiderunt in p[re]lio: residui fugerunt. Reuersi sunt deinde pueri ad obsidendum Samariam. Cumq[ue] pater eorum Rex Hyrcanus audisset, quod Rex Graecorum egressus esset ad preliandum, ipse verò hinc haberent Graecos, & hinc Samaritanos, hereticosque, nec sciret id quod contigerat (nisi signum illud contigit in nona die Tisri) sed ipse Rex perageret opus diei festi, sollicitum fuit cor eius pro filiis suis, & pro Israel. Ingressus igitur domum sancti sanctorum, ut offeteret incensum, & imploraret misericordiam pro filiis suis. & pro exercitu, audiuit vocem loquentem ad se, & dicentem sibi, Non ponas cor super filios tuos, & super exercitum Israel. Heri enim adiuvit eos Dominus in miserationibus suis, & secundum multitudinem pietatis sue, propter patres tuos. Rectum ergo sit cor tuum, & puritas manuum tuarum. Itaque ingressus Rex de Sanctitate Sanctitate, nunciauit id populo. Et in crastinum misit cursorum ad Samariam, qui reuersi ad ipsum, nunciauerunt ei, quod verum fuerit verbum. Et magnificatus est Rex Hyrcanus in oculis totius Israel. Nam cognoverunt, quod Dominus benedictus acceptauit opera eius, impertiens sibi sanctum Spiritum, & augens Regnum & Sacerdotium suum.

Post hec profectus est Rex ad Samariam. Quam cum ob sedisset integrō anno, cepit, & percussit in ore gladij, nec aliquid in quo est spiritus, vivere permisit. Proinde disrupti murum eius, & palatia, ex usitq; ciuitatem igni. Hac ille. Sed fuit hoc iisdem Sadducæis faustissimum & latissimum, cum idem Rex Hyrcanus à Phariseis deficiens, Sadducææ sese totum hæresi mancipauit, ea occasione & modo, quem uterque subiungit Iosephus. Sed quia iam suprà id tetigi, & verò ipsum Gorionidæ caput Hebraicè, Latinèque Drusius meus edidit, subiungam tantum è Flauio rei totius velut coronidem.

μάλισται, inquit, οὐκανον ὅπεραξων ιωάνθης ἐΣαδδυκοῦ οὐκέπικεν ὑπόστασις, ὅτε τὴν Σαδδυκείαν ποιεῖσθαι περιέδειται μοιεῖσθαι, τῷ δὲ Φαρισαϊστὶ παρεσάνθη οὐ τάπειπτον οὐτούς, οὐ τὸν φυλάττοντας αὐτὰ κολάσσαι. Et Gorionidæ Compendium. In crastinum iunctione Regis diuulgatum est per omnes urbes regni sui, quod statetur ordinationi Sadoc, & Bithus. Qui vero eorum rebellaret, & obseruaret traditionem sapientum, aut obedieret voluntati eorum, interficeretur gladio. Iste itaq; est Iohannes Sacerdos magnus, qui functus est sacerdotio magno quadraginta annis, & in fine factus est Sadduceus, sed non obedierunt Israelites præcepto Regis, quin potius obtemperarunt clanculum regimini sapientum. Rex vero cum omnibus servis suis sequebatur traditionem Sadduceorum. Proinde Rex inuestigabat istos, & quicunq; sibi

*sibi reuelatus esset, qui sapientum acquiesceret constitutioni, hunc interficiebat. & sic traxit magnum populum de Israel in hanc opinionem.* Deinceps verò sub Aristobulo, & Alexandro eiusdem Hyrcani filio, floruerunt Sadducæorum res, quod Pharisæis hi parum amici, imo tam inimici, ut eorum quamplurimos cruci suffixerit Alexander, prout antè narratum. Et apud Iosephum lib. 18. c. 2. quomodo, qui honoribus principes erant, Sadducæi fuerint, attingitur. Posset quidem illa Samaritanorum calamitas, quæ ipsos Alexandriæ, dum templi eorum Garizitani, & Hierosolymitani causam disceptauit Ptolemæus Philometor; complexa est, huc referri, quia horum discipuli & amici erant Sadducæi, prout loco suo significatum: quia tamen templum ipsi Hierosolymitanum colebant, non faciam, ut ad eos malum illud deriuem.

Cap. 16.

## CAPUT XXVIII.

*An Iudaorum Pontifices Maximi aliquando Sadducæi fuerint?*

**F**actum Ioannem Hyrcanum Sadducæū semel & iterum iam dictum est. Eum imitati sunt filii Aristobulus & Alexander. Fuerunt ergo Iudaicorum Pontificum aliqui haec retici. Hi enim simul Reges, simul Pontifices, Sadducæs fuere, primus quidem re tantum, cæteri &

*Fuerunt alii Iudaicorum Pontifices & Reges, Sadducæi.*

L. 3. re &amp;

re & nomine Reges, si quidem Straboni lib.  
16. credimus. At qui Sadducæus erat, idem &  
hæreticus, per ea, quæ capite alio constituta  
sunt; erat. Vbi ergo illud Hyrcani elogium,  
quo ab Iosepho lib. 13. c. 18. lib. i. de Capt. c. 3.  
*Prophetæ laudatur?* quo ab Alberto Magno in  
sua sanctorum Litania *santus*, & dicitur, &  
vnâ cum fratribus inuocatur? Sed quod gra-  
uius est, vbi eorum, qui super Moysis cathe-  
dra sedent, constans, firma, & immota, quo-  
ad fidei dogmata, generalemque motum do-  
ctrinam, veritas? Vbi Pontificalia Exod. 28.  
*Vrim, & Thummim?* Vbi illud Deutero. 17. de  
summis Sacerdotibus, *Indicabunt tibi iudicij  
veritatem?* Ecce ipsi Pontifices Maximi, ante  
CHRISTI Domini aduentum, aperti hæreti-  
ci fuerunt, hæresimque legibus & poenis præ-  
scripserunt & inculcarunt, prout superiori  
capite visum perspicue. Fateor equidem pri-  
mo pereriste lapsi huius Hyrcani exemplum  
esse, ipsique pene sapientissimi Salomonis la-  
psioni consimile. Nam sanctissimi, fortissimi-  
que viri Simonis Machabæi erat filius: impe-  
ritum magna cum gloria & felicitate annos  
complures tenuerat: filiorum, cum in tem-  
plo solum incensum adoleret, præclaram de  
Antiocho Cyziceno victoriam eodem, quo  
illa obtigit, momento, diuina edoctus voce  
fuerat: cum ipso sacrum numen erat, eique  
sanctorum præceptionem, prædictionemq;  
dede-

*Cap. 24.*  
*Objectiones.*

*Reſp.*

i.

dederat. & tamen hic, vnius ob Pharisæi noxam, eamque & hominis leuis, vinoque calidi, & non grauem noxam, ob vnum in conviuio, inter pocula, in summa omnium hilaritate, præter aliorum omnium voluntatem, imprudentius verbulum, excandesens, ac stomachans vehementius, in Sadducæorum sese impiâ hæresim dedit præcipitem. Quænam hæc metamorphosis! quæ funestus hic alter Salomon! Docet hic igitur omnes, ut qui existimat se stare, videat ne cadat: & qui stat,  
 & perstare vult, fugiat prolapsonum occasiones, comedationes, temulentias, excandescentias, iras, odia, & similia, per quæ magnæ  
 ac sublimes ruere non semel columnæ.  
 Deinde, videtur is non propriè Sadducæorum hæresim, quasi ad salutem foret omnibus necessaria, doceuisse ac inculcasse: sed hoc tantum, ut ad propria Pharisæorum instituta nemo adhæresceret: ut, è contrario, propriis Sadducæorum scitis morem omnes gererent: omnes, inquam, non simpliciter, sed qui coessent animo, ut præter ea, quæ Iudæis omnibus communia erant, peculiarem Pharisæorum sequi sectam, vel ad eorum viuere præscriptum yoluissent. Licebat interim cuilibet se & arū neutrām complecti, solis communib[us] Iudæorum institutis, contentum viuere, aut verò in Eſenorum, quorum ab Hyrcano non vetiti cœtus; sese disciplinam  
 L 4 dare.

*1. Cor. 14.  
6. 12.*

*2.*

3. dare. Tertiò, hæreticus fuerit Hyrcanus, hæresimq; docere, ac obtrudere conatus sit: diuina ilicò affuit prudentia: non est passus Dominus Mosaicam doctrinæ sedem: Pontificalis rationalis Vrim & Thummim: Pontificalis iudicij auctoritatem prauorum dissemination dogmatum fœdari & conspurcari. Nam è vestigio Hyrcanum istum è medio sustulit Dominus, prout ex Gorionide suprà citato, explicandus Flavius, dum post seditionem istam, significare videtur, cum vixisse feliciter, imperiumque modo administrasse optimo annos vnum & triginta. Nā istud de imperij annis refertur, ad totam ipsius imperij administrationem, non ad illud tempus, quod post seditionem illam fuit, & quidem per exiguum; licet à Iosepho felix videatur dici, quia bellorum, aliarumque turbarum nihil habuit, *Iste*, ait Gorionides, *est Ioannes Sacerdos magnus, qui in Sacerdotio magno ministravit annos quadraginta, ou libbesouph*, id est, & in fine factus est Sadduceus. idque potest colligi, & ex serie annorum à Simonis Machabæi morte usque ad beatissima CHRISTI Domini Genethlia, & ex eo, quod in gestis Hyrcani huius, hæcab ipso etiam Flavio extrema omnino narretur historia. Quartò demum, ut hæreticus hæresi Iudeos dementare omnes diu elaborasset Hyrcanus; nunquam id tamen ut Pontifex

ex ca-

ex cathedra sanciuit, aut docuit. Nam præter alia signa, quibus clarè intelligitur, Pontificem in fidei, Ecclesiæque totius morum negocio aliquid, non instar Pontificis agere ac decernere, sunt hæc etiam *duo* manifestissima. *Vnum*, si subitò, in comedatione, ludóve aliquo, mero æstuans, vel ira ebrius, vel cupiditate aliqua furens quidpiam sciscret ac statueret. *Alterum*, si, in Pontificatu, cathedraque à Deo data, doctrinam plures annos, aliquam cum sapientissimis quibusque tenuisset, docuisse, ac fixisset; eandemque ipse postea de repente, velut falsam, errorumque plenam abiiceret, dedoceret, ac refrigereret. Velenim verè antea ipse idem errauit, & Pontificis, eiusque cathedræ totum, de constanti eius veritate, diuinaque gubernatione, ruit priuilegium: sicque in posteriore doctrina potest non secus, quam in priore haberi suspectus, fallax, deceptus, & deceptor. Vel non errauit, & tunc manet quidem illud eius priuilegium, sed appareat posteriorem eiusdem doctrinam falsam esse, ab eoque non rectè acordine, sed temerè ac inconsideratè, ex ira; vel alia quæpiam animi perturbatione profectam, cui nulla ideo adhibenda fides ac morigeratio. Possunt vero hæc eadem ad duos eius applicari filios. Nam Aristobulus vnum tantummodo annum regnauit, ut eodem lib. 13. cap. 19. mon-

L 5 strat

reat Iosephus, quem idcirco præterit in Ca-  
bala sua R. Abraham. Alexander verò annos  
quidem xxv. i. sceptrum tenuit, sed quem,  
partim à patre ductis in Pharisæos inimici-  
tis, partim odio proprio, quod contra se vi-  
cinorum ij Regum arma concitaverunt, seque-  
runt, ipso scenopœgici festi die, sacrificantem, & ad  
altare sistentem, citriis pomis, quasi per con-  
temptum, petiuerunt; incitatum, constat &  
in populum totum Israeliticum, & in Phari-  
sæos speciatim læuisse atrocius, apud Iose-  
phum eodem lib. 13. cap. 21. Quia tamen neu-  
ter Iosephus disertè hunc Sadducæum fuisse  
ait, putarim non fuisse, odio tamen in Pha-  
risæos, prout dixi, flagrasse. Fieri enim po-  
test ut Catholicus, certis de causis, siue iustæ  
illæ sint, siue non; Catholicum aliquem o-  
detit ordinem, neque tamen Catholicam  
ideo fidem excutiat. Et vidimus alioquin A-  
**Cap. 16.** lexandrum hunc morientem coniugi Ale-  
xandræ, si suis quidem rebus consultum ipsa-  
vellet; Pharisæos commendasse plurimum,  
eodem Iosephi libro c. 23. Post CHRISTVM  
verò Dominum, Ananias junior fuit Saddu-  
cæus Iosepho teste lib. 20. & Eusebio lib. 2. hi-  
stor. cap. 23. sed de hisce posterioribus Ponti-  
ficibus nulla difficultas, quibus adempta iam  
cathedra, vel à Pharisæis certè fræ-  
num impositum, Iosepho  
indice l. 18. c. 2.

Ca-

## CAPUT XXIX.

*Sintne Sadduceorum apophlegmata vel  
gnoma aliqua?*

**N**Vllas legere memini, præter hanc vnam,  
Sadoci apud Eliezerem cap. 4. Pirke a-  
uoth: *Nefacias coronam* ( id est , ne legem ob-  
serues ) ut *magnus per eam fias* : neq; ea tanquam  
*securi utaris*, vt ex ea tibi quod edas, compares. Sed  
non iste mihi videatur Sadocus, à quo Saddu-  
czorum sentina. Nam & Phariseus  
quidam Sadocus apud Io-  
sephum legitur lib.

18. C. I.

LIBER



# LIBER TERRA TIVS.

## DE ESSENIS.

**D**ER SEQVETVR Liber hic tertius tertiam Iudæorum sectam, quam Essenorum esse dixi. Sed quia de his non minutiora tantum, cuiusmodi fere sunt, quæ à Drusio perstringuntur: sed magna etiam & grauia, quæ ad Christianæ religionis decus & ornamentum spectant, quæri solent, bipartita mihi eorum erit explanatio. Nam quasi de iis aut nihil, aut perparum scripsisset bonus, antiquisque scriptor, Philo, illorum eo, quem in superioribus sectis duabus adhuc tenui, more, nomen, disciplinam, mores, & quæ cū his copulata explicabo: tum verò ad ea, quæ de ipsis à Philosophie tradita sunt, veniam edifferamque num Christiani apud hunc Esseni sint.

### CAPUT I.

#### *De Essenorum nomine.*

**D**VO de Essenorum hic explicanda nomine: vnde illud scilicet ducatur, & quemadmodum scribatur. Et prius quidem dupli-

dupliciter explicandum: primò quoad opinionum enumerationem; deinde quoad aliquam eorum diiudicationem. Esseni ergo vnde dicantur plures afferri possunt conie-  
 tur. quarum prima sit, ut ab urbe *Esa* de qua  
 Iosephus lib. 13. cap. 23. & Suidas; vocati sint,  
 quemadmodum ab Emissa Emisseni, ab E-  
 desla Edesseni. Altera, ut ab Iudaicorum Pon-  
 tificum, quod ante ipsorum pectus esse sole-  
 bat, oraculo, quod ab Interpretate quidem  
 nostro vocari soleat *Rationale*, Exod. 28. v. 4.  
 & sequentibus, à Iosepho autem lib. 3. Arch. c.  
 8. ex Hebræa voce *chosen*, asperior cū videre-  
 tur, lenita, ἀστλων. Tertia, ab Chaldaico nomi-  
 ne *chesin*, si pari modo eius detraheretur asper-  
 itas. Significat enim forte ac robustū. Quarta,  
 ab Syriaco *asan*, id est, calceos indui Marci 5.  
 Nā de calceis ipsorū infrā dicerur: & ab cal-  
 ceis etiā hodie quādā Nudipedum. & Discal-  
 ceatorū nomina. Vel ab *asana*, id est, rubus,  
 vel *asna*, id est, palma, dactylus. Esseni enim  
 gēs est *palmarum socia*, inquit Plinius li. 5 c. 27.  
Quinta, ab Hebræo verbo *asañon*, quod va-  
 let curare, mederi ac sanare. Hos enim Philo  
 & Eusebius vocare solent *degendras*. Sexta,  
 ab Hebræo *hasah*, quod est facio, quasi  
 haseni, aut, aspiratione sublata, Eseni. Septi-  
 ma, ab I e s v Saluatore & Domino. Octaua,  
 ab Dauidicæ stirpis, è qua I e s v s Dominus  
 ac Saluator noster; auctore ac parente Iesse.  
 Vocan-

*De Esseni  
nominis e-  
riginatione  
conjectura*

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

Vocantur enim non Esseni tantum, sed Essæ  
 9. etiam, quasi *Ιερωνοί*, *Iessæ*. *Nona* Essæos dicit  
 10. quasi *Ιερωνίκης*, sed à quo Hebræo id verbo,  
 non indicat. *Decima*, ab Hebræo *Schanah*, aut  
 leuiùs *Sanah*, quod est vel secudas partes tene-  
 re, vel ab aliis secedere, seu *ἀραχωγῆς*, vt Luc.  
 5.v.16.Ioh.13.v.i. vel denique studere, iterum  
 iterumque aliquid repetendo: seu in scien-  
 tiā & doctrinam studiosè incumbere, vt cū  
 in apophategmate suprà citato dicebat Hillel,  
*Ne dicas, cum ocium nactus fuero, discam*, siue ad  
*doctrinæ studium intrumbam*; in Hebræo est  
*eschneh*, siue leniùs *esneh*. Huiusque etymolo-  
 giae ratio est, non facilis tantùm significatio-  
 num istatum ad Essenos accommodatio: sed  
 quia etiam Gorionides Iosephus lib.5.cap.23:  
 lib finem, in editione Basileensi, bis ita id no-  
 minis accipit, dum qui ab Iosepho Flauio lib.  
 15. c.13. *Esseni* vocantur, vocat *hasschonim*, seu  
 11. suauius *hassonim*, prout vertit ibidem Mun-  
 sterus, & notauit in lib.4 c.6. *Vndecima*, est ab  
 Græco ὁστοί, id est, sanctus, quasi Essæi sint  
 12. ὁστοί, seu potius ὁστοί aut ὁστοί. *Duodecima*,  
 ab Hebræo יְשָׁרִים *chafit*, à quo Syriacum יְשָׁרִים  
*chasi* & *chosio*, id est, ὁστοί sanctus: ita vt durita-  
 te vocis mollita, sit *asæus*, vel *Essæus*, maximè  
 cum, quæ nomina Hebraicè per iod cum chis-  
 tic terminantur, ea per idem iod cum præpo-  
 lito patach efferriri non raro soleant, vt *mitsri*,  
*mifrai*, *Iebudi Iehudai*, *Peruschi Peruschai*, *Minis*  
*Minai*,

Minai, ideoque chasi, chasai, aut, chesai. Vnde,  
 proeliui flexu, Hessem, aut leniter Eſſem, ſicuti  
 ab aliis illis Mifraeūs, Ichudaeus, Pherifeus,  
 Minaeus, Ac prima quidem ex hiſce coniecta- De conie-  
eturatum  
auctoribus.  
 ris quine nullum adhuc, quem legere quiue-  
 rim, affueratorem naclæ ſunt. eatumque  
 ſecunda & tertia à me in Machabæorum har-  
 monia lib. i. c. 7. lib. 2. cap. 14. innutæ tantum  
 ſunt: quinta verò ab Scaligero li. 6. de cimend:  
 temporum, & meo Drufio, in libell. ſui ap-  
 pendice c. 3. Quomodo autem Eusebius &  
 Philo therapeutas vocent, dicam poſtea. Sex-  
 tam ſequi videtur Photius, quando Eſſenios  
 theoreticos, vocat ſtegaris, Practicos veò,  
 ſimpliciter Eſſenios, vbi de Philone agit: ean-  
 demque originationem indicat in Onoma-  
 stico ſuo theologicō Dauid Chytræus, quaſi  
 legem accurate hi obſeruarint, neque eam  
 verbo magis, quam opere fecerint. Eſſeni, ait;  
 ſeu Eſſai, id est, factores legis, ſecta Iudeorum, fere  
 monaſticam vitæ imaginem referens. Syriacus fa-  
 nè textus Roma. 2. legis factores appellat ſemi-  
 Græcè hofie nomuso. Phil. Melanchthon lib. 2:  
 Chronici. Eſſai, ait, id est, operarij ab Aſa. quos ſic  
 dictos appetet, quia oſtenderunt ſe bonis operibus,  
 non rixis velle Deo ſeruire. Drufius verò in ſua  
 Praefatione, dum etymon hoc improbat, in-  
 de hoc oriri videtur putare, quod manuum o-  
 pere victū ſibi parare ſoliti ſint. Septima & Octaua  
 D. Epiphanij eſt hæresi 29. ſed ita, ut cum à

I E S V

7.  
8.

6.

Tol. 502

1.

2.

3.

4.

5.

I E S V Iessæos ducit, dupl icem ob causam fieri hoc potuisse asserat. vel quia nimicum illus erant discipuli, vel quia nominis I E S V Hebraica sit spectata Etymologia, ex qua ille intelligitur significari Ιησοῦς ιαλός τὸν οὐτί. Nam iaschah & hoschiah, vnde I E S V Matth. i. v. 21. valet saluare, salutem dare. Et quemadmodum tam corporis quam animi ratione, potest quis saluus esse, ita etiam Ιησοῦς τὰ ιαλοὶ sunt & corporales, & spirituales. I E S V verò perfectissimus utroque modo Medicus & Saluator erat: sed spiritualis maximè, cum ut loquitur Matt. c. 1. Angelus, saluum faceret à peccatis populum. Eodemq; spirituali modo dicuntur ab Eusebio & Philone, Ιησοῦς τὸν οὐχις τὸν αἰτοῦντα ιαλούντας ταῦτα ιαλεῖν. Nam ut rectè ait Horatius:

Feruet auaritia, miseraq; cupidine pectus?

Sunt verba, & voces, quibus hūc lenire dolorem

Possis. & magnam morbi deponere partem.

Diod. l. 1.

Sanè apud Diodorum, Bibliotheca vocatur Ιησοῦς ιαπέιον, id est, officina medicamentorum anime. Et ipse Philo in principio libri, ad quē aspexit Eusebius, qui que de vita contemplativa inscribitur; Profitentur Esseni medicinam præstantiorem, quam sit ista vulgata per oppida omnia. Hac enim medetur solis corporibus: illa & animas liberat morbis grauibus & aduersus medelas

contu-

contumacibus, quos irruere fecerunt voluptates, τόσοι χαλε-  
concupiscentie, dolores, timores, auaritia, insipiē-  
ται καὶ δυ-  
tia, iniustitia, & cetera perturbationes, vitiiorum-  
σταταί.  
que agmen innumerabile. sed quia θεοπάντεια et-  
iam diuina curare, seu curam & solicitudinem  
illam, quae in diuinā res consertur, suscipere  
denotat, ideo adiungit Philo, vocatos Esse-  
nos, quod ἐκ φύσεως καὶ τῷ ιερῷ γέμεων ἐπαιδεύ-  
σθαι θεοπάντειαν τὸ ὄντος ἀγαθῶν χρεῖτον οὐκ οὐδὲ  
εἰλικρινέσσει, καὶ μονάδος αἰχμηρώτερον, id est,  
quod à natura, sacrisq; legibus instituti essent co-  
lere illud ΕΝ Σ, quod bono ipso melius est, quod ν-  
no simplicius, quod vnitate antiquius, magisq; pri-  
migenum. In Philonis vestigia penitus ingre-  
ditur Eusebius, ita ut ex his duo liceat insignia  
Iosephi Scaligeri lib. 6. de emend. temporum,  
errata perspicere. Vnum est, cum ait, Epiphanius  
dicere Iesum τῷ ιακώδῃ, aut Ionicῇ  
ινοῦδαι: non autem à saluando Jeschua h voca-  
tum vt Augelus praceperat Marie. Nusquam e-  
nim hoc dicit Epiphanius: sed potius mon-  
stratam ab Angelo etymologiam respicit, ut  
suprà exposui: eaque propter non ialegū tan-  
tummodo vocavit, sed επῆρε etiam adiun-  
xit. Alterum, Eusebium sine vilo auctore dice-  
re, Eesse in nomine CHRISTI morbos depulisse.  
Nusquam hoc scripsit Eusebius, cum Philo-  
nem, vt dixi, securus sit, quin nominis CHRI-  
STI mentionem nullam fecit, & cum mor-  
borum depulsionem significat, iis utitur ver-

M bis,

- bis, quæ non corporis, sed animi morbos præcipue significant, ut ex Philonis verbis, quæ idem hic exposuit; paulò ante pátuit. *Nona* coniectaura est non Eusebij, vt inconsideratè citato loco scripsit Melanchthon; sed Suidæ. Verbum autem, à quo *contemplatores* vocen-  
tur Hessæi, esse potest vel ἡγετος schahab, cui &  
spiritum schawen Germanicū, vel ḥāzān cha-  
zā. Vtrumque siquidem valet *aspicere*, *videre*,  
sed posterius maximè, à quo Prophetia chā-  
zon vel hazon Isai. 1. versu 1. Prophetæ chozim  
vel horzim. 2. Paral. 29. 24. Ezech. 12. 27. 2. Reg.  
10. 24. 13. c. 13. v. 16. *Decima* fuit à me, loco in Ma-  
chabæos citato proposita, quam admordet,  
prout paulò post cap. 2. audiemus, Drusius.  
11. *Vndecima* Philoni lib. de probi viri libertate,  
ac libro de vita contemplatiua. Eusebio lib. 8.  
præparationis Euang. cap. 4. tribui assolet. sed  
ille profecto in libro de vita contemplatiua  
tantum dicit, Essæos vocari *therapeutas*: neq;  
exprimit Hessæi nominis hāc esse potius signi-  
ficationem, quam nomen esse, quo in Agy-  
pto Græcè tunc illi vocarentur non habita El-  
sææ originis ratione. In libro autem altero de  
libertate, dicit quidam Essæos παράνυμος θεού-  
μος: sed, quod in Latino textu fere omise-  
runt Interpretes; disertè admonet, nō à Græ-  
ca voce notationem hanc petetidam. Hæcce-  
nim eius verba sunt: Λέγονται εστοῖοι. οὐτ' ἐμοὶ  
δέξαρ, οὐκ ἀχριζοτύπω διγλάστη ἐλλειπεῖς, παρά

vñp̄t̄s

ημοις οτόπηι. Cur verò Græcam vocem hanc  
se non aspicere moneat, putant aliqui cau-  
sam esse, quod inter Essæum, & θεον magna  
litterarum soniq; videatur dissimilitudo. At  
vero causa potius est, quod θεος apud Græ- Plato in de.  
cos maxime tum diceretur, qui hostiis ac sa-  
trificiis Numen deueneraretur quampluri-  
mis. Hinc θεος τηρη, cum quo & θεοι aderant finitione.  
Ευθύφρο-  
νο. Ioseph L.  
plusculi; dicebatur, qui victimam immolabat, 2. Capit. t. t.  
Plutarcho teste lib. de defectu oraculorum,  
& in questionum Græcarum initio. idq; pa-  
ter ex verbis, quæ confessim subdit Philo ἐπί-  
στολή, γένοντος μάλιστα διεγερται τὸν γένοντον οὐ  
ζωα καταδύοντες, ἀλλὰ ιεροπεπτεῖς ταῦτα τὸ διε-  
ροῖς καταποντικάζειν ἀξιοῦτες. Duodecima igitur  
originatio est ipsius Philonis, dum Essæos à  
sanctitate dicit, non quoad vocem Græcam,  
vti iam probatum; sed quoad aliam. Quænā  
verò hæc præter Hebream chasid, & Syriacam  
chesi, seu hesi? eamque ob causam, alibi sim-  
pliciter, ex animi sui sententia, eos à sanctita-  
te nuncupatos afferit. Nam in Iudæorum A-  
pologia, Καλουῶ τα μὲν, ait, εὐαῖοι, καλέσθε τὰς ὁ-  
πιάτητα μοι δοκῶ τῷ θεοντοῖς αἰνεῖντες.

## CAPUT. II.

*Quæ istarum de Essorum nomine conie-  
cturarum maxime probabilis?*

**D**È quinq; primis cum patronum adhuc  
nullum habeant, vel ampliandum, vel

M 2 omni-

Priores con-  
sideratur.  
reducuntur.

Omnino potius tacendum. *Sexta, septima, octaua, & nona*, partim ex aliqua vocum affinitate, partim ex auctorum dignitate probabilitatis mutuari aliquid possint. *decimam* verò, quia loco citato probabilem iudicavi, labefacere connititur Drusius. Antequam igitur de postremis originationibus dicam, hanc non quasi optimam & verissimam, sed quasi non improbabilem tuebor. Et quidem recitationis ipsius Drusij verbis. *Pergam*, ait pag. 52. bene mereri de Serrario, qui ut multa bene legit (est enim certè vir eruditus, & plurimæ lectionis) ita aliqua quædam male concoxit. Noui pridem, mihi Drusii, *ραχοσφαγίαν* meam. &, ut video; istud est, in quo de me vis mereri bene. *Affedisse*, inquit Seneca, *agro*, cumque valetudo eius ac salus momentis constaret, exceptisse idonea cibi tempora, & cadentes venas vino refecisse, quis estimabit? Inrecio habe, inquit Bensira, Medicum, antequam tibi necessarius sit. Quanto magis, si necessarius iam sit! si ad ægrum sponte ac inuocatus accurrerit! Iam tu mihi, ô bone stomachorum medice, talis. *Δωτις γάρ curatum meam* vltro aduenis. Languebat stomachus, sumptos non concoquebat cibos, & ecce, cum, ne per somnium quidem, de te cogitarem, ex ultimis Caucorum, ac Batauorum oris aduolas, & ventriculum adiutare vis meum. Quantum erga me isthoc meritum! Incipe igitur, monstra quam male aliqua quædam conco-

lib. 3. de be-  
nef. c. 9.

concoxerim. In iis est illud, quod scribit Essæos apud Gorionidem etiam Hassonim appellari, quasi secundantes, inquit, id est, qui secundi essent ab Hæsdais; vel secedentes à communi aliorum vita, & in solitudinem se conferentes, vel deniq; deuteras. Si verba mea Dominus citasset medicus, prout characteris mutatione præ se fert, tam mala non videretur concoctio. Nam & singularum probations adiunxeram, & paulò aliter nonnulla, præsertim tertium, explicaram. Quia tamen aliquod ei tantummodo sententiæ meæ catapotium confidere libuit, hoc ipsum deglutiam: & quid catharticosū deinceps offerat, cōsiderabo. Primo igitur, *Drusij ar-*  
*Deuterotæ*, inquit, erant Pharisai, quod planè pro gumenta 4.  
*me* facit. At si verba mea integrè attulisset. iam  
*medicinam* hanc suam omittere potuisse. *Resp.*  
*1.*  
 Omnes enim Pharisæi Deuterotæ quidem erant, sed non omnes Deuterotæ Pharisæi. ac idcirco *Seutēgōn*, seu Mischnam, à qua Essæi possent Deuterotæ appellari, dicebam illuc, esse secundariam diuinarum rerum doctrinā, quæ non scripta à Moyse, sed ore communicata, & per Seniorum, Prophetarum, domus magnæ, aliorumque deinceps sapientum manus, tradita & propagata fuit. Alioqui generatim primò dixi Hassonim vocatos quasi studiosos: deinde ut rationem nominis explicarem, ostendi doctrinam interdum vocari *Mischnah*, quæ Græcis *Seutēgōn*. *Deinde si*  
*2.*  
*M 3 Hassæi,*

*Hassai*, ait, secundi ab *Hasideis*, ergo discrimin erat inter hæc nomina, nec planè iidem *Hassonim*, siue *Hessai* cum *Hasideis*. At ego non scripsi eosdem planè *Hesidæos* cum *Hasideis*, sed eosdem tantum, & quidem cum adiuncta modificatio-  
ne, quadamque veluti correctione. Hæce-  
niam verba mea sunt: *Asidai* cum *Essenis* iidem  
fuerunt, vel certè horum illi pars quadam, aut il-  
lorum hi. Quo posteriore loquendi modo si-  
gnificatur, aut *Essenos* fuisse quoddam quasi  
totum, quod ex partibus pluribus constaret,  
quarum vna essent *Asidai*, vel contrà, fuisse *A-  
sidæos* totum quoddam, cuius pars vna *Esseni*.  
An hoc non est aliquod inter hæc nomina  
discrimen facere? Quamuis verò cautè, mo-  
dificateque adeo non esse locutus, dixeram  
tamen postea fol. 714. ex Iosepho ac Philone,  
quod hic postea repetam, quodque ipsemot  
agnoscit Drusius cap. 3. Appendix; duplex  
*Essenorū* genus esse, vt alij ab aliis secun-  
dantes siue secundi esse potuerint. Tertio, *Locus*,  
ait, quem adducit huic rei probanda vnicus est. Is  
habetur in Codice Veneto, fol. 78. col. 2. sed longè a-  
liter quam eum *Serrarius* laudat. Nam pro *Hassa-  
nim*, in eo est absque vlla litura *Hassarim*; id sonat  
principes siue primores. Hic si vel negligentia,  
vel cruditatis & languoris, quod male istam  
*Gorionidæ* escam concoxerit; meum accu-  
sari stomachum sinerem, dignus utique es-  
sem, in cuius ille, cum membris aliis omni-  
bus;

R. P.

3.

R. P.

bus; caput coniuraret. Nam disertè Basileen-sis, quam cito, editio, pro Essenis habet *Haf-sonim*, & quidem bis eodem illo capite, quod iam supra signavi. Quid bonus aliud faciat stomachus, quam ut, qui ei porrigitur, ci-  
būm concoquat? Basileensis Hebræus Go-  
rionidæ textus ei *Hassonim* obiecit. hos con-  
coxit. Basileensis Latinus textus pro Hasso-  
nim *Essenos* dedit. Et hos concoxit. E Drusij  
sociis, sacerculi nostri Nouatoribus, Sebastia-  
nus Munsterus, in illius capitinis Notationi-  
bus planissimè scripsit: *Hassonim Esseni*, seu ut  
quidam Hebraeorum vocant *chesidim hasidæi*, id  
est, p. 7. Et hoc totum confecit, bellissimeque  
concoxit idem stomachus. Quæ in eo culpa?  
quod vitium? At Venetus codex longè aliter  
habet, *Hassarim scilicet*, pro *Hassonim*. Credo  
equidem. sed mihi ille visus nunquam. Quæ  
stomachi prauitas, si, quæ ei nunquam appo-  
nuntur, gallinas, gallinagines, & perdices nō  
concoquat? Concoxit quem fortiter esurien-  
ti dedere Basileenses, panem hordeaceum vel  
fabaceum, ad Venetum artolagan & saccari-  
ten, quo caruit; vim exerere concoctricem  
non potuit. Quocirca non concoctor hic ac-  
cusandus: sed dolendum, cibo eius famem  
non placatam meliore: neque ei tantum es-  
se opum, ut omnes omnium librorum edi-  
tiones possit emere. Sane id mihi merito re-  
sponderet Drusius, si cum culparem, quòd

M 4 fol.

fol. 33. dicat; Munsteri Gorionidem h̄ic habet  
quod Hassarim legat non Hassonim, tūc ipsas  
Veneta editio illos det, non istos: sicuti ē con-  
trario Basileensis mea nōn Hassarim, sed Has-  
sonim. Obiicit tamen, non in citato capite, sec  
in libelli Praefatione, quartum veluti argu-  
mentum. Vox Hassonim in vito ponitur Proverb.

24. 21. Sunt enim certe Sonim, qui res nouas mo-  
liuntur. Quasi vero non sit apud Hebræos vī-  
tatiſſimum, vt vocabula, & polyſema, & me-  
dia ſint. In eodem Proverbiorum libro c. 8. v.  
14. nōne malam in partem pro fastu & super-  
bia gaon ſumitur. Et tamen nonne honorifi-  
centiſſimum poſtea fuit, vt Elias, Genebrar-  
das, Scaliger explicant? adeo vt ſupra videri-  
mus, qui ad Sadducæos tranſmigrarit, quia  
Gaon eſte non poſſet. Vidimus etiam ſupra ſu-  
mi bonam in partem Jonah. Sanctitatis illa  
index vox eadösch, quam Sacerdotum epithet-  
ton ſcribit Drusius, nonne Deut. 23. verſ. 17.

ſpurciſſimiſ accommodatur & meretricibus  
& catamithis? Sed cum lectionis in hiſce li-  
bris varietas hinc intelligatur, & utraque to-  
lerari vtcunque poſſit, illud in quæſtionē  
vocari nūc poſteſt; Vtri potius hac in re lectioni-  
ni adhærendum, Basileenſi, an Venetā? Qua-  
in re videor præiudicium iam feciffe aliquod,  
dum Basileenſem cum hordeacco vel ſabæ-  
co fructo, Venetam cum artolagano, & ſac-  
carite, perdicibus, & ſimilibus comparauit. At

id fe-

lib. 2.

l. 3. c. 1. con-  
iect. 10.

fol. 15.

An Eſtioſfor  
lettio Gorio-  
nida in e.  
dit. Basil.  
quam Ve-  
netā?

id feci, ut ostenderem, etiam si concederetur  
multo esse melior Veneta lectio, non tamen  
ideo, culpæ affinem me, qui quod legere li-  
cuit, expendi & examinaui. Nunc de Vetieta  
illa cum credam Drusio, & ei videam con-  
gruere Cracuensem fol 67. mea vero vul-  
gatissima sit Basileensis; seposita tantisper o-  
mni cōcoctōnis lite, quāramus, Vtra in hoc  
quidem negotio, melior lectio sit? Et Dru-  
sus quidem suā statim primas tribuit, & qui-  
dem præfidenter admodum. Quam lectionem,  
inquit, germanām esse nemo paulò humanior ne-  
gabit. Sic enim eum locum Latinè conuertendum  
esse puto, imo non dubito. Ideo Rex (magnum He-  
rodem intelligit) non adegit eos (Phariseos) ad iu-  
ramentum. Quin primores Hasidæorum & Sapien-  
tes honorauit honore magno, etiam principem Ma-  
nahemum collegam Sanai. Nam Manahemus, si  
quis alius præterea vir iustus & sapiens erat in die-  
bus illis. Verba Ebræa sunt : **לְבָנֵן לֹא חֲבִיאָם**  
**חַמּוֹלֶךְ בְּשֻׁבוּעָה וְגַם הַשְׁרִים אֲשֶׁר לְחָס-**  
**זִיּוֹם וְתַחְבּוּזִים נְבָרֶכֶת כְּבוֹד גְּרוּל וְגַם הַשְׁרָ-**  
**מְנַחָּם הַחֲבָר לְשָׁמוֹאֵל בִּימָנָחָם אַחֲרֵי זָוְלָתוֹ**  
**אִישׁ צְרִיק וְלֹבֵם הִיה בִּימָיוֹם הָהֶם.** Quæ  
Serrarius citat ex li. 5. c. 23. & ita in Latinum con-  
uertit. Et etiam Haschonim qui nō ad-  
duxit Herodes ad iuramentum propter Manahem  
Haschone, qui **לְחָסִירִים** ad Hasidæos spectabat,  
quia ipse Manahem vir iustus & sapiens fuit in die-  
bus illis. Iudicent nunc, qui hæc intelligunt, & si

mul iudicio valent. Ego vero in eisdem libenterissimus consentio Iudices, & quo iij plures, iudicio actiores, ad causam attentiores, eo mihi, vel veritati potius victoria certior. Etenim Gorionidem constat eandem referre narrationem, quam tetulerat Flavius l.b.15. c.13. quemadmodum s. illicet Herodes templum Cæsari pulcherrimum ad Iordanis fontes & Panium (vnde & Cæsarea Panias nominata) exedificari, & conseruari; indeque Iudeorum varijs sermones ac indignationes, quod contra Dei legem ista Tyrannus ille faceret, extiterint. quas ut iste comprimeret, cum alia quedam fecerit, tum verò in suam fidem iurare omnes voluerit. cumque id recusarent plerique, & in his Pharisæi, & Esseni, æteros quidem pœnis gravissimis affecerit, Pharisæos verò, qui Pollionis & Samez, (de quibus suprà) discipuli erant, eorumque familiares hac iurandi necessitate, propter Pollionem, absoluerit, simulque etiam Essæos, sed aliam ob causam, quod maius quid videlicet de iis angustiusque sentiret, quam mortalium ferat natura. propter exploratam Manaemi Esseni virtutem, experientiaque comprobatam rerum futurarum prænoscendarum, ac prædicendarum vim. Atque ut Iudices Iosephum hic utrumque facilius inter se componere, sententiamque de varia Gorionide lectione, imo & postea de Pharisæorum ac Essenorum distinxerint.

E. 1.

distinctione ferre possint certius, recitabo eā  
 Flauianæ narrationis partem, quæ de Phari-  
 sæis, & Eſſenis eſt. σωσπεῖθι ἡρώδιος τὸς θεοῦ  
 πολιάρα τὸν Φαριſαῖον καὶ αἱρέαν, καὶ τὴν ἐκείνοις συ-  
 δῆται εὐθὺν τὸς πλείστου ὄμριεν. οἱ δὲ ἔτε σω-  
 χώρησαν, καὶ ὅμοιως τοῖς ἀριστομένοις ἐνολάδησαν,  
 ἐπεγῆς δῆται πολιάρα τυχόντες. ἀφέθησαν τὸ παι-  
 τιν τὸνάλκινον καὶ οἱ παῖδες ἡμῖν ἐστῶσι καλύμενοι. γένους  
 τὸ τοῦ δέσμοιτη χρώμενον τὴν θεοῦ ἐλπον ὑπὸ πυθα-  
 γόρεω καταδεδειγμένην: θεοῦ τύτων μὲν οὐδὲν ἀλλοις σα-  
 φεῖς εὖν διέξειμι. τὰς δὲ ἐστῶσις ἀφ' οἵας αἴστις ἐπίμε,  
 μεῖζον τὸ φρεγῶν ἐπ' αὐτοῖς, οὐ καὶ τὰ διντῶν φύσιν,  
 εἰπεῖν ἀξιον. καὶ δὲ πρεπῆς ὁ λόγος φανεῖται τῷ τῷ  
 ἰσοείρατθι, τῷ δέ μηλῶν, καὶ τὸν πάρετε τύτων ὑπόβληψιν.  
 καὶ πάντες τοῦτον μανάπιμον ὄνομα καὶ τάλα, καὶ τὸ  
 περγάρετον τὸ βίσ, καλοκαγαδία μαρτυράμενος, καὶ  
 περγαρατον εἰς τὴν μελόντων ἔχων. Hæc Flauius  
 Iosephus. in quo noſent iam Sapientes, æqui-  
 que Iudices, hæc duo tantum. Primo nusquam  
 in eius hiſce verbis extare principum, aut pri-  
 morum, qui Hebraicè Haffarim, quosque vult  
 Drusius; vocabulum. Secundo, è contrario ſi-  
 gnatissimè hic aliquoties Eſſenos, quos Haf-  
 sonim cum aliis Interpretibus dixi; nominari.  
 Propiùs igitur ad Iosephū hunc accedit Go-  
 rionides Basileensis, quam Venetus. Deinde  
 dixit Venetus, sacramento nō adactos ſenes,  
 qui erant Pharisæorum Hillel, & Sammei: &  
 eadem phraſi subdit, non adactos Eſſenos ſeu  
 Haffonim, qui erant Hasidæorum. Tertio, Ba-

ſileen-

Sileensis Gotionides primò de Phariseis ait;  
*Eos non adduxit Rex ad iurandum: deinde si-  
 militer de Essenis apertè ac directè subdit.* Et  
*etiam Essenos (Hassonim) qui erāt Hasideorum,  
 non adduxit ad iurandum propter Manahem Es-  
 senum (hasseneh) qui Hasideorum erat, quia Ma-  
 nahem vir iustus, & sapiens fuit in diebus illis.* Ve-  
 netus verò cum prius de Phariseis membrum  
*rectè ponat, in posterioribus, ut quidem eius  
 à Drusio citata Hebræa sonant; turbat, dicēs:*  
*Et etiam Principes, qui erant Hasideorum, & ipsos  
 sapientes honorauit honore magno, & etiam Ma-  
 nahem socium Schamei. quia Menahem alias pra-  
 ter eum, vir iustus & sapiens fuit in diebus illis.*  
*Quid in secundo membro, cum de Hasideis  
 agit, opus fuit ipsos sapientes, quos esse Pha-  
 risæos lib. 4. c. 29. idem Venetus, & cum eo  
 Drusius fol. 41. dixerat; infarcire, cum de illo  
 in priori membro actum iam esset? Deinde  
 ille Samai socius Manahem vnde? Nam certè  
 Flavius Iosephus Elæenūm tantummodo no-  
 minat, eundemque esse facetur Drusius fol.  
 58. quem Venetus iste Gotionides subdit al-  
 lium esse. Præterea verò, quæ connexio, Ho-  
 norauit Esseorum Principes ac Sapientes, & Samai  
 socium Menahem, quia fuit alias Menahem? Cur,  
 qui fuit alias, ideo priorem illum Manahe-  
 rum honore affectit? Et ille Samai socius, vel  
 Phariseus erat, vel Essenus. Si Phariseus, cur  
 præ aliis tam multis Hillelis & Samai sociis,  
 nomi-*

nominatim recensetur? cur, si nominatim reconseri debuit, non est antea cum Hillel, & Samai recensitus, sed nunc extra ordinem nominatur? Cur idem etiam Gorionius seniores tribuit Pharisæis, non Essenis? his vero principes, non illis? Ex his merito colliget quilibet hunc in Germanica editione locum emendatiorem, quam in Italica videri. Accedit, quod Germanica nostra editio prior ac vetustior sit, quam Veneta, cum illa anno 1541. exierit, haec 1544. vti refert ipse met Drusius fol. 36 quod eam probet, ac explicet è Nouatoribus, non Munsterus tantum sed & Bonaventura Corn. Bertramus c. 19. lib. de Politia Iudaica: quod idem Drusius in una vnius capitatis, quod attulit, secti uncula, duo inesse menda testatur eodem fol. 36. quod idem Drusius, cum Hebræa è Veneto suo Gorionide verba citasset, lepidè, vel potius (quod bona eius venia, veritatis ergo, dictum sit) fraudulentè, vt ab illis versionem meam dispare ostendat, subiungit: Quæ Serrarius citat, & ita in Latinum conuertit. Nam quomodo verba citaui, & in Latinum conuerti, qui Venetum Gorionidæ typum nunquam legi, vidi, habui? Quæ citaui ac verti, è Basileensi fuerunt Codice. Accedit demum, quod in pauculis, de quibus differitur, verbis è Veneto exemplari transferendis, non, vt opinor, in scitiâ, sed consilio, fraudem fecerit idem Drusius.

*Praue Gorionidae Verba paucula  
vertit Drusius.*  
tripli-

date, aut loqui, aut scribere volunt, necessariò adhibendam vult. Sunt igitur in Essentia syllabæ tres. Percorro singulas. Prima sit à Syriaci nominis *chasi* prima, quod potest etiam scribi *chesi*, cum quæ apud Hebreos longis efferuntur punctis, ea Chaldaei, ac Syri non raro corripiant, ut pro cathoub, *cethib*, pro katoru, *keri*, pro barach, *berich*. quemadmodum è contrario Academia pro Ecademia extitit. Sed Latinè vel Græcè an aspiratè Hessenus, vel Hessenus dicendum? Quod, ait c. 2. Append. Drusius, vulgo aspiratio neglecta, non est mirum, cum id fiat in aliis vocibus quamplurimis, que nūc à doctis omnibus aspirantur. Sic Hasidæus scribitur, sicut in libro sit Asidæus absque aspiratione. Et paulò post: Similiter peccatum est, ut in ἀσπρών, quod aspirandum ut sit Hessenus, similia fol. 12. Quia verò in questionum suarum libro 1. q. 47. ut quia Græcis & Latinis Asidæi vocantur, hasidæi vocarentur. Grammatico veluti flagello flagitarat; scripsit in Machabæorum Commematio sic: *Cur Hebraicam aspirationem in hoc nomine tātopere flagitat miror: & plures id cur mirarer, subdidi rationes: quas;* ut quæ contrà futiliter differit Drusius, elueat necesse est hic repetam: si duas tamen prius annim mei de hisce vel scriptiōnibus, vel pronunciationibus notiones, eodem aliquilo- co indicatas, rursus indicaro. Una est; In certarum dictionum, quas aliter & aliter docti quidam

*De prima  
Syllaba.*

*In scriptio-  
nis & pro-  
nunciatio-  
num varia-  
tore quid  
faciendum.*

quidam scribunt & pronunciant, scriptione, ac pronunciatione, multum haud laborandum, vel contendendum, utro quis modo scribat & pronunciet. Altera; Rectè quidem scribuntur, & pronunciantur *Asidei* & *Hasidei*, *Essai* & *Hessai*, sed non necessarius scribendi, aut pronunciandi modus uterlibet. Sic enim loco illo scripsi: *Ego verò varius scribendi, pronunciandiq; modos agnosco, & cuilibet, quem volet, in hoc aliisq; similibus libenter concedo, vt suprà in Asamoneis, Hasamoneis, Hasmonius, & Chasamoneis, Machabaeis, Maccabeis, aliisq; pluribus, etiam Latinis, quin & Asæos, vel Chæsæos istos vocari posse arbitror. cum Syris usitatum sit Asi, Hasi, vel Chasi, vt in Syriacis Apostolorum actis patet cap. 2. & ad Romanos c. 3. postrema d. littera extirta.* Quid clarius? E tamen ut re ipsa meam hanc sententiam magis adhuc patefacerem, scripsi illic, & data opera, hic iterum scribo, modo *Essenos* & *Asideos*, modo *Hessæos*, *Chasideos*, & *Hasideos*. Plinium anno 1518. Hagendoræ impressum vidi; in quo lib. 5. c. 17. gens *Hessenorum*. sicut & in illo, qui ab Alexandro Benedicto correctus est. An non satis hæc indigant, me non mirari, quod *Hasideos* vel *Hessæos* scribat anteferat Drusius, sed quod hunc unum scribendi aut efferendi modum necessarium faciat, damnet alterum. Mirandi vero causas illis attuli quatuor, quas uti paulò ante recepi, paucis denoto, & explico. Prima erat,

N      quia

quia Hebræam & in hoc, & in aliis plurimis, Græci, Latinique aspirationem omnem solent omittere, adeo ut cum nomen huic, de quo disporto, cognatum, planeque germanum ex Hebræo retinere vellent Græci Septuaginta. Ierem. 8.v. 7. non dicerent aspiratè *chasidah*, sed leniter *חָסִידָה*. Ad hoc quid respondes? Ne verbulum quidem. Præter hos igitur nostros, quos Græci leniter *Asidaos* vocant, alia hæc accipe. *Anna* & *Alpheus*; *Agabus*, *Acedema*, *Bethleem*, *Isaac*; *Efron*, *Esebon*; *Tharca*: & Latinæ linguae audi parentem. Ego, ait, ipse cum scirem ita maiores locutos esse, & nusquam nisi in vocali, aspiratione vterentur, lequebar sic, vt pulcro, & Cetegos, triumpos, Kartaginem dicerem. aliquando, idq; serd, conuicio aurium, cum mihi extorta veritas esset, usum loquendi populo concepsi, scientiam mihi reseruavi. Quod de Tullij loco ita lib. de Grammatica S. Augustinus. Observemus, vt nec euphoniam applicemus ad regulam, aut euphoniam reiiciamus. Nam euphonia, id est, suavitas bene sonandi admissa est ad Latinum sermonem, vt aspera temperet: & ab arte, ex ratione recessum est, vbi asperitas offendebat auditum. Sic Cicero ait: Impetratum est à ratione, vt peccare suavitatis causa liceret. Atque huc, qui aspiratores nimios irridet, vocari posset Catullus, cum ait:

*Chommoda dicebat, si quando commoda vellet  
Dicere, & insidias Atrius his sidias.*

*Altera*

altera mea causa. Ebreum scribit Drusius cum aspirationem tamen habeat prima eius Hebræa littera. Si ab eo in Ebræo potest illa omitti, cur non & in Asidæo? Respondet: *Alia ratio nominis Ebœus, ubi Ain in capite, quam sapientius per nudam vocalem exprimebant.* Quinam exprimebant? Latini & Græci, ut in *Arabia, Elamitis, Emmanuel,* & similibus patet. At iidē sapissimè non aspirarunt, quæ à ḥ inchoantur, vti iamiam planum factum. Et nonne vanitas, & quædam veluti ostentatio est, quem omnes alij *Hebraum* dicunt; *Ebraum*, dicere, quem verò *Asideum* alij, eundem *Hasideum* afflare? Multo istud videtur ferula dignius, quam illa D. Augustini culpa, cum omninem, pro homine puerulus pronunciaret, ac vapulareret, vt apud eum est in *Confessionum c. 18. Tertia causa:* si aspiratio in *Hasidæis* necessariò adhibenda, vti Grammaticus vult Drusius, ea nunquid esset adhibenda, quam in quæstionibus Hebraicis Græca littera χ exprimendam monet S. Hieronymus? Respondeat Drusius. *Græca littera χ non est nuda aspiratio.* Cur ita? *Quia præter aspirationem includit litteram c, ita ut iōswaū̄nū χ & ch notent Grammatici.* Ast de ḥ Hebræo eadem ratio. Includit enim tam c quam aspirationē. Hinc apud Septuaginta, & Latinos *Chalanne, Chalach, Chara, Chabratha, Cham.* Unde S. Hieronymus lib. de locis Hebraicis. *Hucusque, ait;*

per c litteram, id est, κ Græcum legere debemus, ex-  
inde per elementum χ, quod aspirationem in se cō-  
tinet, & à Latinis minimè habetur, scribendum  
pariter ac legendum. Et lib. de Nominibus He-  
braicis: Hucusque per c litteram simplicem lege-  
rimus, ex in aspiratione addita legendum est. idq;  
crebro postea repetit; etiam in quæstionibus  
Hebraicis, ipseque adeo Drusius lib. 3. q. 83.  
Verum si iam excipit sic: *Quod autem quadam*  
*nomina ab heth incipientia per χ apud Græcos scri-*  
*bantur, ideo fit, quia elemento illo destituuntur.*  
Nego destitui, sed ipsum χ et si paulò suauius,  
aio Hebræo ἡ respondere. Vnde & in appel-  
latiuo ψλῆ, id est, pars, dicunt Septuaginta.  
χελχε Iosuæ c. 11. Arabes vero solent Hebræo-  
rum cheth in caph permute, sicuti à Sama-  
ritanis alias permutari litteras dictum in Sad-  
ducæis. Concludit tamen Drusius: *Sic ergo*  
*recte scribimus Hermon & Chermon: Hebron, &*  
*Chebron, quia in antiquis libris hac ita scripta in-*  
*ueniuntur.* Vnde istud, ergo, conficitur? At  
eodem ago modo: Rectè Asidæus, Hasidæus  
& Chasidæus, quia primum in antiquis libris  
est Græcis & Latinis, idque contra Drusia-  
niam legem satis: duo reliqua rationem ha-  
bent aliquam. Sed Chasidæus nusquam ex-  
stat. Extare non dixi, sed ex analogica cæte-  
rorum nominum ratione, quam S. Augusti-  
nus loco citato in Grammatica locupletem  
esse testatur, quamque implemet in exemplis  
iam

iam positis agnoscit Drusius, ita potius quam Hasidæus dicendum dixi. Nam neq; Hasidæus, (quod quidem legerim) usquam extat. Si recte, inquit, adiecta à viris doctis aspiratio in Hauila, in Hesebon, & in aliis sexcentis, cur non liceat nobis idem facere in Hasidæus? præsertim cum constet pro arbitrio exscribentium, eam sæpen numero omissam fuisse? Quid βατλογεῖν est, si hoc non est? Vl-trò affirmavi, non male Hasidæos dici: sed eos aspirandi nullam esse, quam imponebas, bone Drusi, legem, recteque dici Asidæos; & tu, quasi me oppugnaris, fingis, cum propugnes. Hoc aerem verberare, ac imperitis nebulas offundere est. Nouam tamen addit conclusionem: Asidæus ergo mendum est Scribarum, Hasidæus veritas scripturæ, Chasidæus commentū Serrarij. Obscro, mi Drusi, quia Grammaticus es, Grammaticè responde. In hisce scribendis vel rationem, vel veterum usum seruari vis. Si rationem, Hasidæi quidem dici poterunt, sed verius, ut probatum; Chasidæi. Si veterum usum; non dicetur quidem Chasidæus, sed neque ut vis; Hasidæus, neque Habel, sed Asidæus & Abel. Quia verò Serrarij commentum vocas Chasidæum, ecce tibi è Calviniano vestro tri-pode, quibus semper cheth per ch exprimatur, Junius, Tremellius, Beza, longum foret tota illorum decurrere Biblia. Vnum tantummodo citatū antea Iosuæ caput x i. ista quatuor suppeditat, Chatzor, Chitthæus, Chiuuæus, Cher-

mon. Vnum Matth. 27. caput, quatuor item  
 hæc in Bezzæ notatiōdib⁹. Chebel Nuta. 27.  
 chala num. 34. Chomets ibidem, chaphets num.  
 43. Quarta causa, ex ipso erat Drusio contra  
 ipsum lib. 3. q. 83. vbi: *hbet, ait, efferrī debet per-*  
*petuo cum aspiratione geminata.* Quod autem  
 Graci interdum pro ea scribant χ, eam consuetu-  
 dinem secuti sumus in Malluach lib. 1. questione 17.  
 Hic autem respondet duo. Primo in Malluach  
 exprimi aliter aspiratio Ebraea non poterat. Si ali-  
 ter exprimi non potest aspiratio illa ḥ, eam  
 ab nominis illius fine transferamus ad As-  
 dæorum principium, & fiunt, ipso inuito,  
 Chasidzi. Secundo, si tamen scripssem Mallue-  
 tueri me possem ex illo nomine, & similibus. Ita  
 est. Sed hæc illius, quod primo loco dicebam,  
 confirmatio est; posse videlicet cum Græcis  
 & Latinis absque aspiratione scribi Asideoſ.  
 quod vnum maximè contra eos, qui uti re-  
 bus, ita & nouis student vocabulis, eorum-  
 que nouis pronunciationibus & ſcriptioni-  
 bus, vt in Lutheranorum, Caluinianorum,  
 aliorumque consimilium Bibliacis versioni-  
 bus videre eſt. Esto igitur clausula, recte tam  
 Asideoſ & Eſeoſ, quam Chasidaoſ, Hafidoſ, &  
 Hefeoſ scribi ac pronunciari; liberam tamen  
 utriuslibet modi tam aspirati quam leniti optionem eſſe: priſcosque asperitatem ex iſdem vocabulis euelliſſe libentiū. Atque hæc  
 de prima Eſſenorum syllaba contra Drusianū  
 aspe-

asperius imperium satis multa. Reliqua due syllabæ faciliores. Nam in secunda syllaba possit quidem ex Hebreo & Syriaco unum esse satis, sed alteram iampridem loquendi Magister addidit usus, ut cum ex Meschiach seu Messia factus Græcis, & Latinis Messias, ex Deborah, Debora, & in quibusdam libris φασιων. In tertia, est terminatio Syriacæ proxima, ut θεος. s. f. l. suprà dictum; Eusebius, & Græca, Latinaque Essenus, ut Tubianus, & Tubienus, Nazarenus & Nazarenus. Notant Byzantium Stephanum, in voce Ἀγαρος, Scaliger & Drusius, quod terminationem in enus, seu ων barbarum potius quam Græcam dicat. Non id tamen dicit: sed ex Apollonio dicit ea potius Asiatica esse quam Europæa, ut Medabenus, Abilenus, Arindelenus, Gebalenus, licet se in Abydenus, & ρυζιλωδες vix extriceret.

## CAPUT IV.

*Qua Essenorū dogmata vel instituta?*

**D**uo sunt potissimum auctores, è quorum monumentis vetera Essenorū dogmata & instituta disci possint, Iosephus nimirum Flavius, & Philo. Sed quia de hoc multi, neque leuiter, aut leniter controuersari hoc tempore cœperunt, nihil ex eo iam, vel perparum certè afferam, scorsim ex eo, ac de eo postea dissertatus. Nunc igitur.

I. Iosephus Flavius lib. 15. c. 13. οἱ παρ' ἡμῖν ἔστιν οἱ φλάγμενοι, γῆρας δὲ σιάγτη χρόμενοι, τῷ παρ' ἐλλήσιν ὑπὸ πυθαγόρεων καταδεδειμένη. Et lib. 18. c. 2. Ζῶσιν εἰδεῖν ταφινλλαμένως, ἀλλ' ὅπ μάλιστα εὑρθεῖστες δακῶν τοῖς θλεῖσιν λεγομέναις. Qui busini-  
verbis, quia Cimmeriæ pæne tenebræ, silentio ea præteruectus Ruffinus est: nouus vero,  
cuius mihi partem priorem ex Amicis quidā  
hisce diebus videndam, utendamque attulit;  
Interpres de *Plisti* exposuit. Sed quinam, ce-  
do, hi *Plisti*? quæ de iis Iosepho mens? quæ  
verborum eius sententia? Nulla profecto,  
nulla penitus, ideoque tantæ caligini aliqua  
ex Herodotol. 4. è Strabone li. 7. & 16. è Dia-  
gene Laertio lib. 8. è Iosepho lib. 1. contra Apionem affundenda lux. Illi ergò Getica, seu  
Dacica instituta narrant, quæ populos illos  
docuerit Zamolxis eorū Deus: idemq; Py-  
thagorë Philosophi & famulis & discipulus.  
Iosephus verò è præstatiissimo historico Her-  
mippo refert, quemadmodum cum Iudeis  
versatus sit iste Pythagoras, ab iisque præcla-  
ra non pauca dicerit, ad suosque transtule-  
rit. Πυθαγόρεως ἐπί Σάμῳ ἀρχαῖος ἦν, σοφίᾳ τῇ καὶ  
τῇ τέχνῃ τὸ δεῖσιν ἐνσεβεῖαν πάντων ὑπενδημάντων διε-  
νεγκεῖσθε φιλοσοφούσιν ἐμόνον ἐγκριτὴς τὰ παρ'  
ἡμῖν μὴλοις δεῖν. ἀλλὰ καὶ γελωτὴς καὶ τῷ ἐκπλεῖσιν  
μεγαλυμένων. Et postea: τῶν ταῦτα δὲ τοιαῦτα καὶ ἐ-  
λεγχοὺς ταῦτα Ιudeis αὐτῷ δρακῶν δέξας μημεμονέας καὶ με-  
ταφέρων οἷς ἱεροῖς. Idemque testatur in lib. 1.

de bo-

de bono Pythagoricus Numenius, & ex eo li.  
1. contra Celsum Origenes. Quod in priori-  
bus igitur verbis dixerat, Essorum genus  
eandem fere viam, viuendique rationem re-  
nere, quam apud Græcos tenebant Pythago-  
rei, hoc in posterioribus idem repetit, atque  
ipsos Eessenos plurimis illis, quæ apud Dacos,  
seu Getas feruntur, ac celebrantur, esse simi-  
les. Id verò quām verum sit, ex opinionum  
morumque comparatione fiet deinceps ma-  
nifestum. Esset autem hæc adhuc illustrior  
comparatio, si pro plisis illis reponeremus κά-  
στας, de quibus ita lib. 7. Strabo: ἐπι πνευματικού δρα-  
κόν οἱ χωρίς γυναικῶν ζῶσιν, ὡς κάστας καλέσθε, α-  
νιεργῶδει τε δέ τοι πυλών καὶ μέτρα στάσις γίνεται. Sensus e-  
nim Iosephi foret, Eessenos iis esse similes, qui  
apud Dacos vocantur Cœstæ, homines nimi-  
rum cœlibes & sacri. Quemadmodum enim  
Masgabum vocabat Octavius κάστη, apud  
Suetonium cap. 98. quod insulæ nescio cuius  
conditor haberetur, ita his Cœstistarum nomen  
erat impositum, quod vel sacræ cuiusdam se-  
ctæ vitæque conditores ad duces haberentur,  
vel quod rerum creationem, magni & primor-  
dia mundi, ut lib. 14. Metam. ait Ouidius, do-  
cerent.

II. Idem Iosephus lib. 13. c. 9. τὸ τῆλε αὐτῶν *Fatum a-*  
*λύτρων πάντων τὰ εἰμαρμένα καίσαντα φαίνεται μὴ gnoscunt*  
*μηδὲν ὁ μὴ κατ' ἔνειντος φίσον ἀνθρώποις ἀπαντεῖ* *Eessenos.*

Quod cum videatur difficile, duas attuli ex-

positiones in lib. I. Machab. c. 9. fol. 736. quorum posterior, quam præferebam, fait, *fati bomen* significare perpetuam, constantemque Dei legem, quæ omnia gubernaret, sed secundum naturæ, quam ille rebus indidisset, cuiusque conditionem, ita ut nulla hominū liberto arbitrio vis inferretur. potestque eadem confirmari expositio. primum ex eo, quod lib. 2. Capt. c. 12. vbi omnium diligentissimè horum institutum percenset, ut p. 10 post dicam; nullam facit fati mentionem. deinde, quod eodem loco, quædam iis dicitur *αὐτεξάρτια*, quæ scilicet iis à Maioribus libera relinquebantur, multo magis à Deo. Tertio, quia lib. 18. cap. 2. idem Iosephus, εἰσὶν δὲ τοῦ θεοῦ καλαπεῖν τὰ πάντα ὁ λέγων. Distinguere autem Iosephum, *fato* & *Deo* aliquid ascribere, colligi potest ex li. 2. Capt. c. 12. vbi Phariseos ait, cuncta fato ascribere & Deo. Quartò, quia disertè liber Apostolicarum Constitutionum sextus, c. 6. cum Sadduceos & Mabotheos nominasset, Phariseisque fatum, ut suprà etiam dixi; tribuisset; *Ab his*, inquit, *omnibus segregarunt se Essai*, qui patrios ritus servabant. Quinto denique, quia sic Pythagorei fatum statuebant, ut ex Laertio lib. citato potest intelligi. Et in hoc aliqua iam Essenorum & Pythagoreorum elucet similitudo, quæ in pluribus aliis adhuc elucebit.

III. Quia vero frequenter cum de hisce  
tribus

tribus Iudeorum sectis agit Iosephus, Lectorem ad librum Captiuitatis alterum cap. 12, quod in Latino Ruffino est septimum, ablegat, ut lib. 13. c. 9. & 18. lib. 18. c. 2. & iam illuc de sectis duabus aliis perpaucis, de Essenis vero tradit plurima, ideo tota ea descriptio aptissime, utilissimeque videtur huic euocanda. sed ita ut, lucis maioris causâ, contextum modicè interrumpam, interfinguam, explicem. Sic ergo generatim: Censetur Essenorum <sup>Iosephus</sup> genus σπυρότηλα δοκεῖν p̄e duobus aliis, <sup>2. Capt. re-</sup> Sadduceorum scilicet, ac Phariseorum, generibus. Hoc enim totum, licet vix innuat Interpres Russus; colligitur tamen ex Græco, dām dicitur, τείτορος δηλητή. Pythagoreis olim etiam maximè tributa <sup>Effenorum</sup> σπυροσπέται.

**I V.** Iudei erant genere. Cur hoc tam serio? <sup>Effenorum</sup> An, cum de Iudaicis sectis agat Iosephus, periculum erat, ne harum genus tertium, putaret quis esse Romanos, Græcos, Persas, aut alios nescio quos? An potius, cum præclarissimum horum institutum, ac vitam laudaret, admonere voluit, hanc suæ ipsius gentis laudem esse? quemadmodum & libro 18. cap. 2. monet, Essenos à Græcis & Barbaris nil didicisse. Iosephum imitatur Suidas. Cont. à vero D. Epiphanius, Nazaraeos vituperando, heresi 18. dicit, genere Iudeos fuisse, Ossenosque similiter heresi 19.

**V.** Pro sectis etiam aliis mutuo se se amore & <sup>Mutuo E-</sup> <sup>senorum</sup> charitate.

charitate complectebantur Esseni. Licet enim φιλάλλην ab eodem Iosepho dici Phariseos antea viderimus; nunc ἐπέκεινος φιλάλληνοι τοιούτοις ἄλλων πλεον; idque infra factis ipsis declaratur vberius.

πολυράση  
τραγα.

V. I. A voluptate abhorrebat vel maximè. ταῦτα οὐδεναὶ αἰσ κακίαν ἀποσφέρονται. Profitebatur hoc idem Pythagorica disciplina. Nam de Pythagora Iustinus lib. 20. sic: Laudabat quotidie virtutem, & vita luxuria contemnebat, casusq; ciuitatum bac peste perditarum enumerabat; tantumque studium ad frugalitatem multitudinis prouocauit, ut aliquos ex his luxuriatos in optimam frugem conuersos fuisse incredibile videretur. Et apud Ciceronem lib. de senectute laudat Cato Major nobilissimam hanc Pythagorici Architæ Tarcentini orationem: Nullam capitaliorem pestem, quam voluptatem corporis hominibus à natura datam; cuius voluptatus auidæ libidines, temere, & effrenatè, ad potius incitaretur. hinc patriæ prodiciones, hinc rerum publicarum, hinc cū hostibus clandestina colloquia nasci: nullum denique scelus, nullum malum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret: supra vero, & adulteria, & omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari nisi voluptatis: cumque homini siue natura, siue quia Deus nihil mente prestabilius dedisset, huic diuino muneri ac dono, nihil esse tam inimicum quam voluptatem: nec enim libidine dominante, temperantia locum esse, nec omni-

pmnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. quod quo magis intelligi posset, fingere animo iubebat tanta incitatum aliquem voluptate corporis, quanta posset maxima. nemini censebat fore dubium, quin tam diu dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione. nihil cogitatione consequi posset: quo circa nihil esse tam detestabile, tamque pestiferum quam voluptatem; siquidem ea quum maior esset, atque longinquier omne animi lumen extingueret.

VII. Continentiae, & de perturbationi- Contra in-  
bus omnibus victoriæ studiosissimi sunt. τὰς continentias  
ἐκφάτησαν καὶ τὸ μὴ τοῖς νόσοις ὑποτίθεν, αἱρέτων ταῦτα, aliaf-  
ὑπολαμβάνοντο. Et hoc Pythagoricum. que animi libidines

VIII. Nuptiarum apud eos nulla contra- pugna.  
ctio, sed ὑπερβολὴ τῆς γάμου. non, ut paulò post. Catabasis.  
exponet ipsem Iosephus, quod nuptias quasi per se malas, vel ex iis procreationem, ac successionem contemnerent, sed duas ob causas cœlibem agere vitam malebant. Una est, quia sibi à mulierum lasciuia, & intemperantia cauendum putabant. Altera, quia estimabant à nulla fidem vni viro seruari, videlicet secundum vulgatum illius temporis vitium, &, prout dici solet; ut plurimum. Dū cœlibem cum matrimonio vitam Pythagorice confert Ausonius, hunc fundit versiculū: Illi. 15.

*Est grauior tautis custodia vanam maritis.*  
Tertia lib. 18. cap. 2. additur, quia dissensionis causa inde est. Retsum id intelligendum vt pluri-

plurimum, & quidem quoad unam quadrantem  
Essenorum ipsorum classem, de qua & Plinius lib. 5. c. 17. Gens (Essenorum) sola & in toto  
orbe prater ceteras mira, sine villa femina, omni  
Venere abditata. De altera vero horum classe,  
post Similia notat Iosephus li. 18. c. 2. & Stra-  
bo libr. 7. apud Getarum Thracumque quos-  
dam, qui ἄγνοι, seu χωρὶς γυναικῶν, id est, abs-  
que femina vixerint: hosque ab Homero id-  
circo laudatos, ac vocatos esse αἵγεις τε διγυ-  
τάτους ἀρθρόποτες tradit Posidonius. in cuius  
sententiam non it quidem ipse Strabo, sed  
per exigua irretitus ratiuncula, quod in fœ-  
minas projectissimi à Menandro dicantur  
Thraeces. quasi maiore in admiratione ac pte-  
cio non sit virtus, ubi tanta vitiorum collu-  
ties: inter spinas rosa scilicet. Notat vero La-  
ertius, etiam fœminas Pythagoræ sectam se-  
cutas, prout de Essenis postea dicetur. Doce-  
bat (ait de Pythagora Iustinus lib. citato) fœ-  
minas pudicitiam, & obsequia in viros: nunc illas  
modestiam, & litterarum studium. Inter haec rebus  
genitricem virtutum frugalitatem omnibus inge-  
rebat: consecutusque assiduitate disputationum e-  
rat: ut matrone auratas vestes, ceteraque dignita-  
tis sua ornamenta, velut instrumenta luxuria de-  
ponerent, eaque omnia delata in Iunonis adem ipsi  
deae consecrarent, proferens, Vera ornamenta ma-  
tronarum pudicitiam, non vestes esse.

I X. Sed si nullæ apud Eessenos nuptiae,  
nulli

Femina  
quadam  
instituta  
est Tenu.

huius ergo liberi, cum vetita Venere nequam  
ut erentur, sed apud eos vigeret virtus,  
diuinorumque legum custodia. Vnde igitur  
corum cœtus ac multitudo sustérabatur? Vnde  
noua, emorientibus aliis, supplementa?  
Hoc miratur, loco citato, Plinius. Per saeculo-  
rum, ait, *millia* (*incredibile dictu*) gens eterna  
est, in qua nemo nascitur. Sed supplementa iis  
fuere duplia. Vnum ab ipso Iosepho indica-  
tum. Nam aliorum Iudeorum liberos, cum  
adhuc essent ad disciplinas tenelli, accipie-  
bant, eosque, velut proprios consanguineos,  
disciplinis optimis instituebant, & si s' eos  
moribus ac institutis conformabant, tunc ad  
adoleius παιδες ἐκλαμβάνοντες ἀπαλὲς ἐπιθέσσι τα  
μαθήματα, συμψηῆς ἡγουμένων τοῖς ἄνδρος τοῖς ἀ-  
ντρός εἰσιτεῖσι. De Pythagora Iustinus lib. 20.  
sic: Matronarum separata m̄ viris doctrinam, &  
puerorum à parentibus frequenter habuit. Alterum  
ab ipso Plinio monstratum: Plurimi iam ad-  
ulti, natuque maiores in eorum societatem meliorem  
ac vitam sele dabant sponte, quorum aliquos ad frugem  
vel anteactæ viræ pœnitentia, vel varia for-  
tunæ agitatio impellebat. In diem, inquit Pli-  
nius, ex equo, conueniarum turbâ, renascitur, ( ipsa  
scilicet Essæotum gens) longè frequentantibus,  
quos vita fessos ad mores eorum, fortuna fluctibus  
agitabat. Et paulò post: Tam fæcunda illis alio-  
rum vita pœnitentia.

## X. Diuitiarum contemptores sunt.

XI. Mi-  
Opum de-  
spiciens.

Bonorum  
omnium  
communis.

XI. Mirabilis apud ipsos bonorum communio est. neque potest inueniri vel unus, qui opibus praeter aliis. Lex enim est, eos, qui sectam istam volunt ingredi, suas ipsi ordini facultates, ut omnibus communes sint, largiri. ita ut inter eos omnes, nulla egestatis appareat humilitas, nulla opum præstantia: sed omnium bonis ac possessionibus commixtis, vna omnibus tanquam fratribus substantia sit. Vnde & lib. 18. c. 2. Pecuniae, ait idem Iosephus, ipsiis communes sunt: neq; qui antea diues fuit, suis ipsis rebus ac bonis fruitur magis, quam qui antea nihil possedit. Hoc vero in Pythagoricas vel maximè admirata est antiquitas. Sic enim Laertius semet ac iterum: sic Iustinus ait; Tresenti ex inuenib; sodalitij iure, sacramento quodam nexi, separatam à ceteris ciuib; vitam exercebant. Sic Gellius lib. 1. c. 10. Id quoque, ait, prætereundum non est, quod omnes simul, qui à Pythagora in cohortem illam disciplinarum recepti erant, quod quisque familia, pecuniaeq; habebant, in medium dabant. Et coabitur societas inseparabilis, tanquam illud fuerit antiquum consortium, quod in re, atq; verbo romano appellabatur *xοινότητα*.

Seruum in  
nullas.

XII. Hinc vero etiam existit, quod eodem lib. 18. c. 2. subiicit idem Iosephus, iis nullam esse seruorum possessionem: sed ipsos met sibi mutuo ministrare ac famulari. Illius causa ibi additur, quia scilicet iniquitatem secum plerumq;

plerumq; assert seruitum, prout dixit cap. 2.  
Pirke auoth R. Gamaliel iunior: Marbeh be-  
nudim, marbeh gezel, id est, multiplicans seruos,  
multiplicat rapinam.

XIII. Hinc etiam sit, quod rerum istiusmodi communium, quae ad vestitum & vi-  
tum pertinent, quæstores ac procuratores  
constituant, quos lib. 18. c. 2. ἀνδρεῖτας τοῦ οργ-  
εώσαν, καὶ τοῦ οπίσσαν οὐκ εἰσι. appellat, lib. 2. c. 12.  
ἀπολατας καὶ ἀπλέγεται, quos præfuisse ac im-  
perasse omnibus indicat, atque in utroq; lo-  
co χειρονηταις, viros fuisse probos, & Sacer-  
dotes, de quibus infra iterum.

XIV. Ea siis erat virtus austeritas, ut macu- Non vnde.  
lam ac dedecus putarent oleum: &, si vel ins-  
itus quis vnguis esset, illud subito deter-  
geret.

XV. Alibi utebantur vestibus. De Pytha- ~~alibi~~  
gora Diogenes, σολὴ αὐτὸς λευκὴ καθημένος καὶ σπά-  
ματα λαζαί εἶχεν. Et postea iubebat idē esse  
λαζαμοναῖτος (qua voce utitur loco citato  
Iosephus) καὶ αἰσθανόντας: causaque videtur post  
addi, quia τὸ μὲν λαζαῖον τὸ εἴσαθε φύουσαν. τὸ δὲ μέ-  
λαν δὲ κακόν. Vide Strabonem etiam loco cita-  
to. Sed subiectit Iosephus, vestitum Eſſæorum Vestiti per-  
fuisse, qualis puerorum, qui sub pædagogo modeſtè  
ſunt, ac instituuntur, esse ſolet; modeſtum  
ſculicet, ac ſimplicem. Ideoque in Russino  
mendum petrobſcarum ſic aut emendandum,  
aut illuſtrandum. Amictus autem cultus corporis

*ris omnibus, quemadmodum pueris in meta & ex qua  
ra Magistri agentibus par est.*

XVI. Quando vestibus vel calceis aliquibus talibus, quales iam dicti sunt, ut cœperant, eos nec mutabant, nec deponebant, donec vel vsu vel tempore detriti, penitusque consumpti essent.

XVII. Habitabant non in vna tantu<sup>m</sup> vrbe aut loco, sed in pluribus: imo in vrbe quilibet multi, ait idem, habitabant. Et fortassis eorum tanta erat Hierosolymis copia, ut ab iis porta vna vocata sit, porta Eſenorum. vt in Captiuitatis lib. 5. c. 13. narrat idem Iosephus. Ab Asphaltite lacus occidentali littore, ait Plinius lib. 5. c. 17. Eſeni, quos fugitant vsque quaque nocentes. In vna verò Iudæa fuisse ipsorum amplius quatuor millia refert li. 18. c. 2. Iosephus, eique assentitur, ut inferius dicitur; Philo.

XVIII. Hospitalitas apud eos maxima, cum hæretistæ, seu societas eiusdem homines alij ad alios venirent. Nam vt in domiciliu<sup>m</sup> aliquod peregrini aduenierant, ilicò necessaria, quæ illis erant, ad eos, quasi eorum propria, conuolabunt omnia: & ad eos, quos antea viderant nunquam, accedebant illi, quasi ad familiarissimos. Nam in qualibet vrbe unus quispiam ex ordine ipso egregius deligebatur, qui peregrinorum curam haberet, eisque uestes, ac necessaria omnia premeret.

Sine viatico  
peregrinat-  
tes.

XIX. Hinc vero siebat, ut fere itet facerent absque viatico, neque secum omnino quidpiam deferrent, prout alioqui moris olim fuisse docui Tobiæ c. 6. q. 3. Armata tamen propter latrones, quorum maximā illis fuisse copiam ex Herodis & Præsidum quorundam patet historia; gestabant.

XX. Inter eos nulla neque emptio, neque venditio: sed quibus quisque rebus eget, eas nisi exparet ab alio, absque precio ullo accipit, estque χω-  
eis θάρηστεροις ἀκόλυτοι οὐ μετάλλης αὐτοῖς παρ-  
δοῦσιν εἰδελήσονται. Ascribam semel de iis Solini cap. 36. verba: *Interiora Iudeæ Esseni tenent, qui prediti memorabili disciplina recesserunt à ritu gentium vniuersarum, maiestatis (ut reor) prouidentia, ad hunc morem destinati. Nullæ ibi fœminæ. Venere se penitus abdicarunt. Pecuniam nesciunt. Palmis victitant. Nemo ibi nascitur, nec tamen ibi deficit hominum multitudo. Locus ipse additus pudicitiae est. Ad quem plurimi litet. vndique gentium properent, nullus admittitur, nisi quem castitatis fides, & innocentiae meritum prosequatur. Nam qui reus est velleuis culpe quamvis summa ope adipisci ingressum velit, diuinitus summo-uetur. Ita per immensum spacium seculorum, incredibile dictu, æterna gens est, tessantibus pueriis.*

XXI. Erga Numen peculiari quodā modo religiosi seu pii. Quia verò à pietate nostrâ acceperunt, ut supra dixi; pergit deinde Iosephus cap. 2.



phus hanc pluribus explicare. Et quidem è quotidianis studiis, ac operibus; prout sequitur.

XXII. Priusquam sol oriatur, prophani quidquam loqui nihil audent: sed patrias quasdam ad solem ipsum preces dicunt, veluti supplicantes, ut oriatur. Vbi quod a iocorum preces ad solem referri, è Græco, vti & alia interdum nonnulla; Iosepho accipit, quia cum Numeri scripsisset τὸ δῶμα subiunxit, non τὸ οὐρανόν, sed τὸ αὐτὸν, scilicet τὸ οὐρανόν. Sed hinc dubitatio non immergit suboriatur cipiām, ecquid hæ sibi velint ad solem precessa? An Essenis sol Deus? Videtur sane vel ex Pythagoræ sententia, quæ solem, lunam, astrorumque cætera Deos, apud Laertium autumat, vel ex eo etiam clarius, quod postea narrat Iosephus eos, dum exoterare corpus volebant, tam occultè ac sollicitè id fecisse, & p[ro]pterea αὐτὸς ἡ[γε]μον[της] Θεός, id est, ne ipsius Dei radios violarent, seu iniuria afficerent. quod minus lucide vertit Roffinus, ne splendori diuino iniuriam facerent. Si hoc non Iosephus Iudæus, sed Gentilis scripsisset quispiam, cum cum Sacerdote illo copularem, qui de toto Iudeorum genere scripsit & falso & calumniatoriè:

*Quidam sortiti metuentem sabbata patrem,*

*Nil præter nubes & calum, numen adorant.*

Nunc dico potius, hos non verè ac propriè solem precatos, sed solum solis auctorem a mode-

moderatorem Deum: hymnos tamen quos-dam dixisse, in quibus, per prosopopœiam, solem, ut felix faustusque oreretur omnibus; appellarent, eo modo quo Daniel. 3. dicunt sanctissimi illi pueri. Benedicite sol & luna Domino. Et David Psal. 148. Laudate eum sol & luna. Ideo enim non dixit Iosephus, supplicantes, sed quasi supplicantes, ἀπεικόνισται. Aut verò ad solem preces dicere, nihil aliud est quam versus orientem precari, seu conuerso ad solem vultu, ut infra ex Philone dicetur. Dei verò radios cum dicit, intelligit quidem solis radios, sed quos dat Deus. aut verò solem Deum vocat improptè, sicuti cum rem valde præstantem interdum nominant aliqui & diuinam, & Deum. Fierietiam potest, ut è materiali sole mentem sustulerint altius ad verū eternum-que solem, qui Deus est Opt. Max. quomodo & Ecclesia canit.

*Lux lucis, & fons lumini,  
Dies diem illuminans,  
Vetusq; sol illabere  
Micans nitore perpeti.*

*Et:*

*Tu lux resulge sensibus  
Mentisq; somnum discute.*

De Pythagora, qui bonis & veris mala falsaque multa miscuit, quid laborem? D. Hieronymus de iis, quos Ezechiel. c. 8. arguit. Adorabant, ait, ortum solis, eo quod contempto Domi-

*no, id est, creatore, adorarent solem, id est, Domini creaturam.*

*Ere ad me-  
ridiem & qz  
manibus  
laborans.  
num.13.*

**XIII.** Post matutinas preces, ab Epimelitis, seu Curatoribus, quorum suprā me mini; singuli ad eas, quas quisque novit, artes dimittuntur. Hæ verò cum agricultura sola non sint, videtur illud quod lib. 18. c. 2. idem ait Iosephus, τὸν πάντας ἀπὸ μερίδας τελέμενος, accipiendum, quoad maiorem eorum partem. Sic verò diuisi, opus contentè faciunt usque ad horam diei quintam, quæ hodie nobis antemeridiana undecima.

*Aqua lu-  
frantur.*

**XXIV.** Postea rursus in unum congregantur: & velaminibus lineis præcincti, frigidis aquis, ut purificatio, & lustratio quoddam sit, lauant corpora. Τιμῶντες δὲ ταῦτα μόνον λεπτανθεῖσι dixit Pythagoras, voluitque te puros facerent quilibet, à funere, cubili, omnique inquinamento, protuscribit Laertius..

*Prandens.*

**XXV.** Post eam purificationem in proprium quoddam domicilium unā eunt, quō, eorum, qui alterius sectæ sint nemini concessum penetrare: Ipsi verò puri, puris cum vestibus, tanquam in sacrum quoddam templum, ingrediuntur cœnaculum.

*Frugaliter.*

**XXVI.** In cœnaculo, ubi tacitè, quieteve consedissent, apponebat ordine Pistor panes. Coquus vero unius edulij scutellam singulis.

**XXVII.**

XXVII. Ante cibum preces fundebat Sacerdos: & cibum ante precationem gustare nefas.

XXVIII. Posteaquam pranderunt, Sacerdos rufsum precatur. Sicque & cibi sumptionem incipientes & finientes, Deum tanquam alimenti largitorēm venerantur.

XXIX. Puras deinde, seu facias vestes deponunt, & rursus ad opera sua redeunt, usque ad vespertinum cœpusculum.

XXX. Cœnant è labore domum reuersi eodem modo, quo prandissē dictum. Sed si qui fortè interea peregrini vénissent hospites, iij. vna eonsident. De frugali eorum cibo, & aliis scribit etiam Philastrius, sed eius, alio loco, verba sūmul afferentur. Multa de Pythagoreorum temperantia, victusque tenuitate, ac puræ aquæ potu Laertius, Ouidius 15. Metamor. Strab. lib. 8.

XXXI. Silentium magnæ illis curæ. Nunquam turbat domum clamor, nunquam tumultus. Quinquennale verò Pythagoreorū silentium cui ignotum? adeo sanè, ut silentio, cui erat nomen ἔχεμος, eruditī, à Gellio lib. 1. c. 9. vocantur, ab Oudio autem lib. 15. Met.

cœtuq; silentum.

Quemadmodum tristitiae, sic neque risui indulgendum aiebat Pythagoras, ipseque ἀπέχειο καταγέλω, καί πάσον αριστεῖας, καί σκωμάτων, καί διημάτων φορτικῶν, ut ait Laertius. Vn-

Risum fugit Pythagoras.

Anf. Idyl. 16

O 4 de in

de in quotidiano sui ipsius examinae Pythagoras ille vir bonus & sapiens explorat, atque

*num dicto, aut denique vultu*

*Perstridias quisquam?*

Sermones vero alii a iis ordine cocedunt Esseni: & his, qui a iis adueniunt, id quod intus est silentium, apparet velut mysterium quoddam verendum. Huius vero causa, est perpetua sobrietas, & cibi ac potionis, usque ad satietatem, dimensio.

*Obedientia  
corum.*

XXXII. Nihil est, quod non agant ex Epi meletarum, seu Curatorum suorum imperio: duo tantum haec apud ipsos erant libera, opem aliis ferre, ac eorum misereri. Auxiliari enim iis, qui digni essent, cum rogarentur, & e gentibus cibum pro virili porrigitere conceditur.

*Rei nullius  
absoluta  
Domina.  
Mansueti.*

XXXIII. Aliquid consanguineis donare, absque curatorum facultate, non licet.

*Non iurat.*

XXXV. Irae iusti dispensatores sunt, animique coercitores, fidei antistites, pacis ministri. Et quidquid ab iis dictum fuerit, id iure iurando firmius est. Iurare vero ab ipsa vitatur, & peius id existimat per iurio. Eum enim, cui, absque Deo, non creditur damnatum iam sepius aiunt. In praceptis Pythagorae fuit hoc etiam: μηδὲ οὐρανούς θεύς. τάκτους δὲ αὐτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχεντ. Et οὔκει τὸ τέλον. καὶ σὺ τέτο δέ γε ὅρκον λέγεις.

*Libros dedi-  
cans.*

XXXV. Intensè vero circa veterum con-  
menta-

mentarios occupantur ac student, delectu eorum adhibito, qui tam ad corporis quam ad animi utilitatem pertinet. Hinc ipsis ad morborum curationem salutares radices, lapidumque proprietates indagantur. De iis vero libris, qui animis profunt; postea,

XXXVI. Eis vero, qui ad ipsorum societatem adiungi expertunt, qui recessu, velut *Nositijs probant.* *et quidem quadren-*  
*nouitij* appellantur, non statim patet aditus: sed eorum insignis probatio est quadriennalis. Primo enim anno eam, quæ hactenus exposta est, viuendi rationem ei extra manenti proponunt, eique dant securiculam ad usum, de quo postea: & ad lustrationes, de quibus ante peizoma, vestemque albam, cuiusmodi, ut dictum est, habere solent. Vbi continentæ specimen uno sic anno dederit, qui probatur, iam ad usitatam viuendi rationem proprius accedit, aquarumque ad purificacionem puriorum fit particeps. Neque tamen sic adhuc ad coniunctum admittitur; sed institutum duobus aliis annis probat: & cum dignus compertus fuerit, isto tandem modo in cœtum allegitur. De Pythagore s quomodo ad differendum, vel ad Pythagoram videndum, post multam explorationem, admitterentur, vel ex Gellio iam dictum, vel ex Laertio discendum.

XXXVII. Priusquam vero communem attingat idem ille victimum, sacramentis sese

O s obstrin-

*juraduon-*  
*dæcetæ pro-*  
*pria 12.*  
 obstringit horribilibus, quæ sunt hæc. Prima  
 iurat, se numen piæ, religioseque culturum.  
 II. Ea, quæ erga homines iusta sunt, custodi-  
 turum, & neque sponte ex animi sententia,  
 neque ex alterius cuiusquam iussu, illos læ-  
 surum. III. Se odio semper proseceturum  
 iniquos, & pro iustis decertaturum. IV. Quod  
 requirit fidæs, se semper exhibeturum omni-  
 bus, maximè iis, qui præsent rerumque po-  
 tiuntur. Neque enim sine Deo cuiquam, ut  
 præsit ac imperet, contingere. V. Quod si i-  
 psum præesse ac imperare contigerit, nihil  
 unquam iniuriæ contra magistratus molita-  
 rum: neque vestitu vel ampliore quopiam,  
 ornatu sese supra subditos magnificentius ia-  
 staturum. VI. Veritatem semper amaturum,  
 & mendaces arguere conaturum. VII. Ma-  
 nus à furto, animū ab omni prophano quæ-  
 stu purum conseruaturum. VIII. Nihileius  
 ðem sectæ socios celaturum. IX. Nihil co-  
 rum, quæ apud eosdem arcana sunt, cuiquam  
 parefacturum, etiamsi vis ei ad mortem vñq;  
 adhiberetur. X. Iurant insuper se dogmata  
 nulli aliter, quam accepit quilibet, traditurum  
 ne scilicet ea sensim peruertantur, & aliis, a-  
 lisque commentis inquinentur. XI. Absten-  
 turum à rapina. XII. Conseruaturum simi-  
 liter eos, qui sectæ ipsorum sunt, libros, item  
 que Angelorum nomina. Hisce igitur sacra-  
 mentis eos, qui accedunt, ut firmi sint, de-  
 uin-

tincentur. Pythagorici sacramenti ex Iustino Num. 18.  
suprà memini.

XXXVIII. Si quos porro eius societatis homines delinquere, grauioreque aliquid pœna dignum admittere contingat, hos ex ordine ipso ejiciunt. Qui verò sic ejicitur, misserrima plerunque morte conficitur. Illis enim, de quibus dictum, sacramentis ac institutis obligatus ne cibi quidem, qui apud homines illos est, sumere quidquam potest. herbis verò vescens, &c, præ fame, toto contabescens corpore disperit. Quapropter multos in extremo quasi halitu receperunt, iudicantes eos ad mortem usque, satis ob peccata dedisse pœnarum. Pythagorei qui à disciplinæ suæ via discessissent, mortuos dicebant, iisdemque, viuis licet ac spirantibus, cenotaphium excitabant, prout lib. 2. contra Celsum docet Origenes, lib. 5. Stromatum Clemens Alexandrinus, ex vtroq; & aliis Theodorus Canterus lib. 1. variarum lectionum c. 12, ita ut rectè à meo quodā familiari, ex huiusmodi sepulcro loquens Pythagorice familiæ desertor hisce diebus inductus sit:

*Pythagoras sine mente animam, sine pectore corpus,*

*Me tumulo, & cerebri clausit inane caput;*

*Esse homo quod sprei, Sophia diuulsus ab vlnis,*

*Quæ mentem, & pectus sola dat, & cerebrum.*

XXXIX. In iudiciis accuratissimi sunt, & Iudicantes.  
iusti. Non iudicant verò si pauciores, quam errati.

centum

centrum adhuc iudices. Et quod ab iis semel definitum est, id verò fixum, & immotum permanet.

Suum la-  
gulatorem  
Veneran-  
tur.

Deobedien-  
tia præcla-  
rissimè sen-  
tient.

Decorum  
amant.

Sabbatum  
obseruant.

Necessitati  
prudenter  
admodum  
seruiunt.

X L. Magna in veneratione apud ipsos, secundum Deum, est legislatoris nomen. Contra illicum si contumelias quis quidpiam dixerit, morte punitur.

X L I. Senioribus, aliisque pluribus obedi-  
re, pulchrum ducunt. Si decem igitur una se-  
derent, nullus, aliis nouem inuitis, loquere-  
tur. τὸς προσευχές πιμὴν δῖν, ait Pythagoras  
in Laertio.

X L I I. Spuere in alios medios, vel in dex-  
trum latus cauent.

X L I I I. Ne Sabbatis verò quidquam agant operis, Iudeorum omnium excellentissimè satagunt. Neque enim pridie tantummodo cibos præparant (vnde Parasceus pri-  
dianus Sabbathi dies nuncupatus) sed ne igne quidem Sabbatho ipso audent accendere, neque vas ullum transferre, neque ad secessum ire.

X L I V. Et quia secessus facta mentio, in eo se diebus aliis gerunt sic. Asciola illa, cuius in Nouitiis memini supra; fossulam pedis vnius fodiunt, vesteque ipsam circumtegunt, ut ne Dei radios iniuria afficiant, sicque super illam sedent. Deinde effossam terram in fo-  
ueam retrahunt, idque faciunt in locis, quæ diligere possunt, secretissimis. Et quamvis natu-

naturalis sit ista corporalium sordium egestio, postea tamen iis, velut inquinatis, ablui mos est. Atque hunc tantum in hisce, naturalibus etiam, obscenis pudorem sumperant ipsi ex Deuteronomij c.23. vers.12. ubi sic: Præcepit Dominus: Habebis locum extra castra, ad quem egrediaris ad requisa naturæ gerens paxillum in baltheo. cumq; sederis fodies per circuitum, & egesta humo operies, quo relevatus es (Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos) & sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquas te. Vnde apparet, quod aiebam supra, hanc solaribus radiis reuerentiam habitam, nō quod inanimus ille sol ab iis Deus putaretur: sed quia huius esse Etor molitorq; Deus illos purissimos ac limpidissimos in terram funderet. Et quanquam locum hic habet, quod veterum quidam dicebat: è latrinis spurcitiei nihil solem contrahere; Cicero tamen in Officiis hac etiam de re præcipendum censuit. Quæ, ait, natura occultauit, eadem omnes, qui sana mente sunt, remouent ab oculis, ipsiq; necessitatibus operam, vt quam occultissime pareant, quarumq; partium vsus sunt necessarij; eas neque partes, neque earum usus suis nominibus appellant. Et ex eo conjecturam duxit Moreh Nobuchim, cur Hebreæ lingua rectè vocetur sancta. quia, inquit, non inueniuntur in ea vocabula, quæ obscena maris & feminæ membra, itemque  
coitum,

coitum, miduram, & ventris deictiōnem exprimant, nisi per circumlocutionem. Quid Pythagoræ symbolū, ἐλασίφερ δῶκον μὴ ὄμοργον εἴτε  
Certè apud Horapollinem lib.2. cap. 67. vrinam suam abscondit, posteaquam minxit, simius.

*Ordo iūtor  
ipsar.*

XL V. Secundum longius in exercitatio-  
ne, seu eo vitæ instituto tempus, diuiduntur  
in partes quatuor. Et tanto qui posterius ac-  
cesserunt ad illud, prioribus minores sunt, vt  
si hos tangant illi, lauentur, quemadmodum  
si in extraneum aliquem incidissent.

*Congredi.*

XVI. Vitæ longioris sunt, & ; ut Græci  
retineam, μαρπόσιοι, adeo ut ultra centesimum  
annum propagent vitam complures, idque  
propter virtus simplicitatem, vt mihi qui-  
dem videtur, & bonum ordinem:

*In aduersis  
fortes.*

XL VII. Eorum, quæ acerba videntur,  
contemptores sunt, ipsosque dolores animis  
vincunt.

*Mortiē ma-  
gnanime  
obeunt.*

XL VIII. Mortem verò, si honesta cum  
gloria veniat, immortalitate meliorem exi-  
stiment, prout monstrauit experientia in Iu-  
dæorum contra Romanos bello. In hoc enim  
torti, viminum instar circumvoluti ac refle-  
xi, combusti, & confaicti sunt, perque carni-  
ficinarum instrumenta omnia ierunt, ne vel  
legislatoris nomen contumelia quapiam af-  
ficerent, vel instituto repugnantes cibos ede-  
rent: neque aliud quidquam ferre abhue-  
runt:

runt. Sed neque iis, qui eos cruciabant, aliquantulum adulari, vel flere voluerunt. quin verò in cruciatis ridentes, & eos, qui tormenta inferebant; irridentes, alacres & læti animas profliciebant, quasi eas iterum accepturi.

**XLIX.** Confirmata enim apud eos fuit *Animos immortales* hæc sententia, corpora quidem interitui obnoxia esse, neque firmam & constantem esse credunt. materiā: animos verò immortales permanere semper: & cum è tenuissimo adueniant æthere, quasi carceribus quibusdam, corporibus implicari, miro quodam amore naturali attrahatos. Posteaquam verò è carnis vinculis emissi fuerint, quasi è diurna seruitute liberati, tunc eos gaudere, sublimesque ferri. Ac bonis quidem animis (in eo Græcis quibusdam consentientes) affirmant vitam ultra Oceanum depositam, & locum, qui neque pluviis, neque niuibus, neque æstibus grauetur, sed quem lenis perpetuò Zephyrus flans recreet. Improbis verò animis tenebricolum, & procellosum antrum, suppliciis nunquam cessaturis redundans præfiniunt. Atque hæc de animo theologantur Esse, escam iis, qui eorum semel sapientiam gustarint, proponentes ineuitabilem. Sicli. 18. c. 2. Αδωνάζεσθαι τας ἀγριας μεταπολεος ιηγέμενος. Εδηκός η αρχή στολην. Canit verò apud laudatum Poetam Pythagoras: Morte carent animæ. Et apud Laertium:

tiūm: ἀγαθοὺς περιστέλλεται τὸν γάμον καὶ τὴν πόλιν, μήτε ἀλλάζει τὴν διδαχὴν τῆς αὐτοῦ θεοφύσεως, μήτε ἀλλάζει τὴν διδαχὴν τῆς αὐτοῦ θεοφύσεως. Et hinc, è Zamolxis doctrina, se ad Sarantozylas vocabant, apud Herodotum loco citato, Thraces.

*Prognostica.*

L. Sunt inter eos, qui futura prænoscere se promittunt, cum in sacris libris, variisque lustrationibus, & Prophetarum sententiis seu apophthegmatibus assidue versentur. Rarum verò est, eorum aliquem in predictionibus à scopo aberrare. Huiusque rei exempla sunt apud eundem Iosephium illustria in Iuda Esseno lib. 13. c. 19. lib. 1. Capt. c. 3. Manaemo itidem Esseno lib. 15. c. 13. Meminit (verba S. Cytili lib. 5. aduersus Iulianum sunt) & Porphyrius Essenorū, qui in Iudea erant, & de illis sic dicit: Ab illa autem vicitandi consuetudine, & ad veritatem ac pietatem exercitatione, merito in illis libris & variis purificationibus, Prophetarumq; responsis, raro autem in predictionibus aberrant.

*Alij Esseni  
consueverunt.*

L. I. Est & alius Essenorū ordo, qui cum prioribus quidem, quoad rationēm vivendi, mores & legitima, consentit: sed in vna de nuptiis opinione ab ipsis discrepat. Putant enim cœlibes, qui nuptias non inueniunt, maximam vitæ partem, successionem videlicet liberiorum intercidere: multo verò magis, desitum humanum genus quam citissime, si eam illam de omittendis nuptiis opinionem sequerentur omnes.

LILHI

LII. Hitamen triennio sponsas probant.  
Cum vero tēr purificatē fuerint ad explorā-  
dūm possintne patere, tum eas ducunt.

LIII. Cum prægnantibus non coēunt, eo *Coniugaliā*  
ipso demonstrantes, nō propter voluptatem, *continētia*.  
sed liberorum necessitatem, se ad matrimo-  
nium accedere.

LIV. Quemadmodum verò viros dictum *Mulierum*  
est lauari perizomate præcinctos, ita & fœ- *pudor.*  
minæ lauabantur indusiis circumamictæ.

LV. Lib. 18. cap. 2. In templo statuunt qui- *Vt se ad tēa*  
dem anathemata, sacrificia tamen non fa- *plumb ha-*  
ciunt, propter lustrationum, quas præscri- *buerint.*  
pserunt excellentiam: eamque ob causam à  
communi templo arcentut, & sacrificia seot-  
sim peragunt: viri cæteroqui, quoad mores,  
optimi. Pythagoræ sacrificia fuille ἀνυχασε-  
penarrat Laertius, & de illo tandem ait, οφά-  
δια θεοῖς προσφέρεν καλύς, μόνον δὲ τὸ ανάγματον  
βαμὸν προσκυνεῖν.

LV. Philastrius: *Christum Dominum Dei filium* non expectantes, nec in lege atque Prophetis *Christum* *Dominum* agnoscentes annunciatum, sed *vt quidam nō* Prophetam, aut iustum hominem solum credentes *recepérunt.*  
expectant. Hoc scilicet de iis intelligendum,  
qui post Christi Domini aduentum; cum non  
recepérunt, in suoque cæci Iudai-  
smo persistérunt. de  
quibus po-  
stea.

## CAPUT V.

*An verè, in Mosaica lege, fuerint hæresici Esseni?*

**I**N hæreticorum eos erga stula compingendos arbitrari possit aliquis. Primo, quia Essenos facit S. Epiphanius hæresi X. primum Samati anorum. qui hæretici erant, genus. Secundo, idem hæresi 19: Ossenos ait Iudæos fuisse, ac hæret eos. Testio, excludebantur Esseni è templo sūp à ex Iosepho libr. 18. c. 2. Quarto, sacrificiis à Deo institutis suas anteponebant lustrationes, & balineas. Quinto, solem tanquam Deum precabantur. Sexto, fato tribuebant omnia. Nonne igitur hæretici? Est verò præterea superiore dictum capite, similes Pythagoreos Essenis esse. At Origenes lib. 6 ad Romanos, vocat hæreticorum quosdam Pythagorizantes. Philastrio Valentinus, à quo hæretici Valentiniani, Pythagoricus magis quam Christianus est. S. Hieronymus ad Ctesiphontem aduersus Pelagianos; Quæ, ait, potest alio maior esse temeritus, quam Dei sibi non dicam similitudinem, sed equalitatem vendicare, & breui sententia omnium hæreticorum venena complecti, que de Philosophorum, & maxime Pythagora, & Zenonis principis Stoicorum fonte manarunt? Et postea: Illam temeritatem, imo insaniam Ruffini, quis digno posset explicare sermones, quod

*Non fuerint hæretici.*

*In c. 7.*

*z.p. bar. 10.*

quodlibet librum Xysti Pythagorei, hominis absq; CHRISTO atque Ethnici, immutato nomine, Sixti Martyris, & Romanae Ecclesiae Episcopi prenotauit: in quo iuxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exequant Deo, & de eius dicunt esse substantiam, multa de perfectione dicuntur: ut qui volumen Philosophi nesciunt, sub Martyris nomine, bibant de aureo calice Babylonis. De Essenis igitur quid extimemus? Sed sanè si quis omnia eorum ha-  
 ctenus recensita, & explicata diligētiore tru-  
 tina expendat effata, & decreta, nihil quod,  
 illis Mosaicæ legis temporibus, hæresis meri-  
 to haberetur, inuenierit: neque, quod sciam  
 veterum ullus est, qui turpissimam iis hære-  
 seos notam inurat. quin à multis valde, pro-  
 ut partim usque vidimus, partim, si, ut spero,  
 annuerit postea votis Dominus, videbimus;  
 laudantur. Neque unquam à CHRISTO Do-  
 mino, Phariseorum, vel Sadducæorum in-  
 star, vel ab Apostolis reprehensi, cum eo ta-  
 men vigerent tempore & loco. Ideoque re-  
 spondendum ad primum, alterius fuisse illos Reff. 44  
arg. t. quos Samaritans vocat Epiphanius, generis,  
 quanquam & istorum adhuc duò videtur ge-  
 nera idem facere. Nam alios refert, qui cum  
 Sebuæis festos dies ( prout hodie, qui vetus  
 malunt Calendarium ) alio tempore quam  
 Iudæi celebrabant, Pascha nimirum & Azy-  
 ma in Septembri, seu septimo mense, à quo  
 forte Sebuæorum nomen cum Sebah Hebraic-

cē septem valeat; scenopégia in Martio & Apri-  
 li, ceteraque cohærenter: alios, qui cum  
 Gorthenis, & Dositheis, in festorum tempo-  
 re, à Iudeis nihil abirent. De his enim ait, ini-  
 tio hæres. 12. Ὅρισμοί καὶ αὐλοί Εὐτελοῦντος προ-  
 τιβούς νέοντος εἰς τὸν οὐρανόν, de quibus dixerat hæresi  
 2. Ad secundum; Offenilli diuersi sunt ab  
 Essenis utrisque, quorum meminit S Epiphanius,  
 quanto magis ab hisce nostris? Et illi  
 quidem post Christum Dominum fuerunt,  
 hi ante. illi σταυροῦ Χριστοῦ, nomen à robore ac-  
 ceperunt, quod Hebraicè ρωσ dicitur,  
 vel ut quidam voluntā τέρατον, id est, dorum  
 esse, isti à pietate, vti supra disputatum. Ad  
 tertium dico, si verum illud est, eos tamen id  
 circa non fuisse Samaritanos, quia neque in  
 Garizitano sacrificabant. Veroque siquidem  
 templo abstinebant: sed hoc, ne cum hære-  
 ticiis vlla eis esset communio: illo, propter  
 lustrationum suarum excellentiam. Ad quar-  
 tum, mirum mihi, quæ & quales illæ lustra-  
 tiones fuerint. Sed hoc illis quasi opinio que-  
 dam, illo tempore concedebatur. Ad quin-  
 tum, & sextum, antea responsum. Ad septi-  
 mum, quod è Pythagoreorum vituperatio-  
 ne contextum, dico primò, in Pythagoreis,  
 adeoque in Philosophis pæne omnibus fuis-  
 se, quæ in reprehensionem itistam incurre-  
 rent non pauca. quæ illi cum è limpidis aut  
 naturz,

naturæ, aut Iudaicorum institutorum fontibus haurirent, ingeniorum viriorumq; suorum limo turbabant, ac sordidabant. Qui verò apud Christianos extiterunt hæretici, arraneos imitati, ex illis illa ipsa non raro, quæ turbata & sordida, quæque noxia & virosa erant, sublegerunt: eaque in maliferos Ecclesiæ Catholice alios inferre conati sunt. Et de his leguntur civati Patres. ē quibus S. Hieronymus loco aduersus Pelagianos citato, Tertulliani aduersus Hermogenem disserentis laudat sententiam, dicens: *Palchre quidam nostrorum ait: Philosophi Patriarchæ hæreticorum. Ecclesia puritatem peruersa maculauere doctrina.* Ex cum aduersus varias Philologorum scholas de hac ipsa re dixisset idem Tertullianus plura, neque Pythagoricos tamen appellasset; concludit: *Quid Athenis & Hierosolymis? Quid Academie & Ecclesia? Quid hæretici & Christiani?* *Nostra institutio de porticu Salomonis est, qui & ipse transferrat, Dominum in sap. i. 6. 1. simplicitate cordis esse querendum.* Viderint qui Stoicum, & Platonicum, & Dialecticum Christianismum protulerunt. Horum verò culpa in Essenos cur conferatur? Non enim à Philosophis ipsis, sed ab ipsis Philosophi quædam, ut supra ostendimus, didicerunt: quæ deteriora fecit postmodum eorum error ac superbia, l. 3. cap. 4. dum dicentes, se esse sapientes, stulti facti sunt. Scio Rom 1. 22. supersticio iisdem Essenis à quibusdam tri-

P; . . . bñi

230 DE ESSENIS,  
bui nonnulla. sed in haereses nunc tantum  
inquisiui.

C A P V T VI.

*An Esseni Pharisai?*

Opinio  
Drusij.

Op. Gorior.

**E**ssenos esse Pharisæos affirmat in Hasidæo.   
Eco libello suo Drusius, sed ita ut priùs  
fuisse dictos velit Hasidæos, deinde Phari-  
sæos, qui ex illis posteriùs orti sint fol. 5. 6. 16.  
28. 32. 34. 58 Ego verò à Pharisæis diuersos esse  
fatis iam suprà videor probasse, cum perspi-  
cuè tres Iudæorum sectas fuisse monstrauit, &  
quidem veteri etiam illo Machabæorum æ-  
uo. Augeri tamen posset, contra istam Drus-  
ij opinionem, rationum aliarum cumu-  
lus, quas tamen in quatuor istas includo. Prí-  
mo, quia ratione ad hoc assuerandum nulla  
vtitur Drusius, sed vno tantum illo Gorioni-  
dæ testimonio, quod ab eo malè versum &  
explicatum exposui antea. Secundo, si con-  
ferantur inter se Pharisæorum, & Essenorū  
dogmata, vitæq; instituta, nonnulla quidem  
occurrit, vel eadem, vel consimilia, vt etiam  
in Pharisæorum & Sadducæorum compara-  
trone accidit; attamen diuersa & dissimilia  
comperientur. Tertio, Essenos Pharisæis an-  
tiquiores monstrabo postea. Quarto, diuer-  
sos esse consentit omnium, quos videre ha-  
stenus potui; scriptorum & Græcorum; &  
Latini.

Latiorum senatus: adeo ut Suidas, qui Esse-  
 norum decretorum exponens, Flauij Iosephi ver-  
 ba compilat; scripsiterit: Εαυτοις Ιουδαιοις ασκηται,  
 θερισμων και χραμματων πλησιαν εξ οπισθετων  
 θεσηκοτες, quod è Lutheranis vertit Wol-  
 phius, ex diametro à Phariseis, & scribis differen-  
 tes. Sed vertendum potius fuerat illud, ex epi-  
 metro, supra modum. Quod vero ex Phariseis Nō ex Phari-  
 seos posterius Essenos, ait Drusius, fidem, risus Essens.  
 si probationis aliquid afferret; mereri posset.  
 Nunc vero tantum mairt. Quin, hac ipsa in re  
 incertus totus est. In quaestione 47. dictos, ait,  
 Hasideos antiquitus sapientes Israel, quos posterior  
 eras Phariseos nominauit. Et in Hasidaici sui  
 Praef. fol. 5. Phariseorum appellatio recentior est,  
 Alexandri opinor Magni temporibus, & fol. 34. Si  
 hoc (Phariseorum) nomen recentius est, Macha-  
 baeorum scilicet etiо, de quo ilhc sermo. Et  
 fol. 58. an Hyrcani tempore fuerint Hessai,  
 constare sibi nihil ait. Paulò post fol. 59. Quin  
 ex Essenorū τριψιονοցιων genere aliqui fuerint Ie-  
 rosolyma, ante Alexandrum Ianum, dubitare, ait,  
 non debemus. Si ante Alexandrum Ianum, cū  
 Antigonus, vel alia occasione tetigi antea; vnu  
 tantummodo annum regnarit; fuerunt Esse-  
 ni aliqui, & quidem Hierosolymæ, ergo et-  
 adam tempore Hyrcani fuerunt. Ergo ante il-  
 lata cladem, quam Phariseis intulit. Et ta-  
 men fol. 62. Post eam, Essenos è Phariseis or-  
 toes coniicit. Et fol. 32. De Hessenis quam origi-

*potius ex  
Essenis Pha-  
risas.*

nem habuerint, incertum. Liceat pari modicā ass-  
serere Pharisos ex Essenis natos quoque & no-  
men diuisione à quo Pharisai, & alia quæ in-  
frā ponentur, faciunt vero similia.

## CAPUT VII.

### Hessem et Hesidæ?

*Tria hic  
tractantur.*

**T**RIA hic ad bilancem vocanda. Primo, vnde Hesidæorum nomen. Secundo, an Machabæorum temporibus cōmune id pi-  
rum omnium fuerit. Tertio, an idem Hessei,  
& Hesidæi.

*I.  
Hesidæorum  
de dicta.*

**Quoad primum**, docuit meus Machabæi-  
ca Harmonius commentarius fol. 709. à Chaf-  
fid, seu ab Hesid vocatos Hesidæos, quos et-  
iam rectè dicit, scribique Ascidæos, & ibi fol.  
707. & hic supra contra Drusitum, ostendi  
pluribus quin & illud monstratum, abscondi  
nonnunquam dūlūtum in chafid, per visita-  
tam Syris apocopen. quam cum fateatur in  
caput 5. ad Ephesios Iustine, quemodo autos  
fuit c. 4. velle chesidæha mutare in chesidæha,  
libris reclamantibus omnibus, etiam illis,  
quos secutum se ait, Heydelbergenibus? Sed  
contra magnū quendam in Israel Magistrom,  
qui, cum commentarii in illis in ederent, meis  
nondum visus erat oculis, ita idem Drusius  
fol. 12. Hesidæorum scripturam non nesciavit,  
& scribit Ascidæi, primum contra omnium

*Codex*

Codicis sum fidem: deinde contra hispam Hebreos  
 -cam. Nam in ea obfida vocantur. Boni haec  
 argumenta. Sed quisnam is non nemo? Eius  
 nomini cur parcit Drusus? An quia non odi-  
 currit? Ira ipse quidem de Vatabli adultera-  
 tore fol. 11. Sed cum illius exscripsit verba li-  
 brum ante oculos habuit. Nam ut ea memo-  
 riter edisceret, tanti apud eum non fuisse,  
 persuaderet mihi eius in tempore dispensanda  
 prudentia. An quia forte lectum otium exca-  
 derat? Ut planè Lyram in eptire scriberet fol.  
 13, proprijeius, quod ab vsu tamen quotidie-  
 no remotius; meminerat nominis. Quomo-  
 do ea igitur illius, quod recentius & vñtratus,  
 cepisset oblitio? Liceat QEdipum Danae-  
 gere. Ille, quem merito ac bene reprehendit  
 Drusus, cuiusque confusa nomen reticeret, &  
 Nouatorum numero est, Calvini pullus, al-  
 ba Hollandiae gallina, nominatus antea Frá-  
 ciscus Iunius in suis ad caput 2. lib. 1. Macha-  
 bæcum notationibꝫnum, 12. quem, ut car-  
 peret, cogit veritas; ut non nominaret, per-  
 suaderet soliditas. Sed adeo ineptè, corrupteq;  
 Afida eos scribendi, que lumen illi causa? Cor-  
 rumpenda, ait Drusius, scriptura fuit etymon,  
 quod ei tribuit Interpretus ille à verbo Chaldaico  
 θερησιν diffudit: Et, ut error errorem trahit, no-  
 men esse aut non ullius gentis, sed propriè eos deno-  
 sare, qui religionis ergo buc illuc fuerunt diffusi, ne  
 tyrannide Regis ad scelus ullum cogerentur. Ista sa-  
 cræ p[ro]p[ri]etatis

Calviniani  
 Junij nomi-  
 ni parcer  
 Drusian.

*Rolle à  
Drusio &  
pulat In-  
nimi.*

ne ita scripsérat Iunius: & nunquid probabili? Vt omittam, quæ de isto fundendi verbo notat in Iosue c. 10. Masius; de Iunianis illis hanc fert, vti rectè cœpit, Drusius meus sententiam: *Hec omnia quam facile dicuntur, tam facile negari possunt. Non satis aliquid dicere, nisi etiam probes quod dicis. nam fallax etymologia.* Eiusmodi somnia hodie admirantur multi, qui solidam erationem contemnunt. Nec mirum, cum etiam veritas apud eos nullo in pretio sit. Receptā scripturam, nostramq; sententiam adiuuat locus, qui habetur 1. Mach. 7. 16. & 17. Et comprehendit ex iis sexaginta viros, & occidit eos in una die, secundum verbum quod scriptum est, Carnes sanctorum eorum, & sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret. In quibus verbis allusio est, videtur certe ad nomen Hasidaorum. Sanè in textu Graco est οὐκέτι οὐδὲν. Et in Ebraico apud Davidem Hasidecha. cuius singularis absolutus Hasid. id antiqua declaratione valet, sanctus. Verumtamen non quicunque quoquo modo sanctus & pius homo est, is ab Hebræis chasid vocatur, sed qui egregie misericors, sanctus, ac pius, siue qui misericordia, sanctitati, ac pietati studet impensis. Nam quod inuite audiant, qui loco S. Lucæ c. 10. v. 36. abusi supererogationis opera negat pergit ex Hebræo Davide Drusius dicere; Chasid à tsadik seu iusto ita distinguitur, vt chasid sit, qui plus facit, quam iubatur facere: Tsadik autem,

autem, qui iussa Dei exequitur. Hoc scribit Psal.  
103.17. ex Midras. Et in Midras Thehilim Ps.  
16. fol. 13. colum. 4. editionis Bombergianæ,  
dixit R. Alexander: *Omnis qui audit factam sibi  
contumeliam, seu maledictum, & tacet, vocatur  
chafid seu pius.* ut David 2. Reg. c. 16. v. 10. & 11. Ali-  
bi est. *Et tacet in iudicio.* Item *chafid seu pius est,*  
qui intrat, audit, & facit. *Intrat templum;* audit  
*verbum Dei;* facit, quod ibi docetur, hoc est, vivit  
*ex prescripto eius.* In cap. 3. Pirke auoth dicit  
Rabbi quidam. *Lo ham haarets chafid.* Vulgaris  
homo non est chafid seu pius. Sed illud in Drusio  
ridiculum: *Quod si chafid eum, qui plus quam le-*  
*ge teneatur facere, significet, tum melius,* ait, redi-  
ditur à nuperis Interpretibus benignus quam pius  
aut sanctus. Cur ita quæsto? Tenuis mea, inquit,  
hoc in libello suo Drusius fol. 22. scientia ver-  
satur tota circa Grammaticam & Historiam. De-  
gmatas fidei aliis me doctioribus tractāda relinquō.  
At Grammaticū est explicare cur chafid me-  
lius vertatur benignus, quam pius, aut sanctus.  
Septuaginta hoc Interpretes non credunt,  
qui Chesid m ḥorū vertunt, prout ipsemet  
annotas pluribus. An ḥorū benigni potius quā  
pij ac sancti nuncupandi? An Psal. 78. melius  
dicitur Carnes benignorum tuorum, quam car-  
nes sanctorum tuorum, & sanguinem ipsorum ef-  
fuderunt in circuitu Ierusalem? & Psal. 148. me-  
liusne Exaltabit Dens cornu populi sui: hymnus al-  
minibus benignū eis? Apud Hebreos Ciconia,  
prout

prout nomen hoc Latinum retinuit etiam in  
Hebreo Abennezra, *chesida*, sive ut à 70 scri-  
bitur Ieremiæ 8. v. 7. ~~xxxviii~~, est nominata, quia,  
ut ait lib. 5. Hexaemeri c. 16. & lib. 6. cap. 4. D.  
Ambrosius, *Romanorum usus pia uis vocatur*.  
quia tantæ pietatis est, ut eam S. Epiphanius  
in Physiologia c. 24. imitandam proponat: &  
proverbium ex ea quia natum sit, ~~et~~ ~~et~~ ~~et~~  
~~λαρυγγος~~, quod memorabilius facit Delphica illa  
in Hollandis ciconia, quæ à pabulatione  
reducit, cum flammaras nido imminentes cerio  
exitio pullorum videret, conata omnib. mo-  
dis est, eos grandiusculos, inuolucres tamē,  
eripere mediis ex ignibus. Tandem desperata  
omnia ope & quasi conclamata, passialis in  
nidum se dedit præcipitem: pullisque torso  
corporis obrectis incumbere via est, velut  
deposita vita spe, ultro cum charissimis pi-  
gnoribus opportitura, prout poesi & pietate  
clarus memoriae prodidit Cornelius Muscus,  
& ex eo in Batavia sua Hadrianus Junius, cū  
hisce versibus:

*Candida, & obstreperio insisa ciconiararia.*

*Pignora ab ardensi viderat igne premi.*

*Eripiatne suos, & aperta pericula tenet?*

*Hinc suadet pietas: vita amor inde votat.*

*Hanc luctam pietas generosa diremit: & vnuas*

*Esse eadem & sebolis vult libitina sue.*

*Cur sanctum igitur & pium significet chasid, ni-*  
*mium facile superi Bibliorum laudantur In-*  
- terpre-

terpretes, veterique à Nouis etiam Interpreti anteponuntur. Ego cum Pindaro, cum Hym. 9. Chaldaico Thargum Cantic. 7. v. 9 & c. 2. v. 2. vel potius cum iis, quos laudat CHRISTUS Dominus Luc 5. v. 39. dicam: *Vinum recte me traxerit.*

Hoc ipsum postea nomen *chesid* bifariam formi potest, vel generationem quicunque, qua-  
cunque in gente, ordine, ac disciplina materi-  
cordie, quæ, ut supra dictum; in Essenis ex-  
cellens; pietati ac religioni sese dedit studio-  
fiùs. Et sic sape in scripturis, prout paulò ante  
vidimus; accipitur: vel speciatim pro certo  
nonnullorum hominum ceteru, qui, societate  
inter se in ita, è peculiari quadam viuendi for-  
mula, religionem ac pietatem affectentur di-  
ligētiūs, cultusmodi Heslazos esse ac Hafidęos,  
agnotscit Drusius fol. 16. & 58. ac 62. Sed hinc  
eorum, quæ proposui, nascitur alterum, An in  
Machabaeorum libris, dum occurrunt Hesi-  
dim siue Hesidæi, accipienda vox ea sit in am-  
pliore illo significatu, an arctiore isto? In am-  
pliore affirmat Drusius fol. 34. & 62. Quos, ait  
ib. 12. c. 16. omnes vocat Josephus S. Iesus non Hes-  
sidos meo iudicio, sed in genere significat omnes pios,  
quos in historia Ebraica chesidim, & in libris Ma-  
chabeorum auctoribus vocari diximus, quibus oppo-  
nit r̄s aorC̄ns Alcimi studiosos. Et ne hoc tam  
modo velut probabile videatur opinari, sub-  
icit: *Quod ut certum mihi, ita reliqua dubitans*

*& am-*

2.  
*As Chesid-*  
*dim seu Ma-*  
*sidas Vocata*  
*Machabae-*  
*cis temporis*  
*bus p̄j om-*  
*nes, an certis*  
*santum ali-*  
*quis?*

*Op. Drusij.*

*Verior opt.  
bita.*

& ambigens pono. Et fol. 34. Ita mihi videtur. Si aliter est, tum ego profecto magno in errore sum; Sed aliter est, mi Druſi. Tu profecto igitur magno in errore es. Assumptionem porto meam probbo. Nam i. Machabæorum 7. v. 13. siue Latinum, siue Græcum textum sequatur, et identer significatur, Asidæos non universè pios, Israelitas omnes, qui Hierosolymis tunc erant, appellari, sed certos tantum, quibus proprium hoc tunc præалиis nomen. Latinus enim ait sic: *Et conuenerunt ad Alcimū,* & Bacchidem. congregatio scribarum requirere, que iusta. Ecce, scribarum multitudo hæc, erat, generatim loquendo, pia, verum Dei cultum retinens, non impia & apostatica, prout & Iudæis erant non pauci, de quibus eodem cap. versu 5. Et tamē post piorum istorum mentionem, confessum veluti nouum quid additur: *Et primi Asidæi, qui erant in filiis Israel,* & exquirebant ab eis pacem: siue Asidæi etiam scribæ fuerint, sed alij, siue non. Perit enim utrumque dici, vt fol. 706. in Machab. innui. Græcius verò consuetus, nisi quod istud de Asidæis ita eloquitur: Πρῶτοι οἱ Ἀσιδαῖοι ήσαν εἰς Ἰσραὴλ, καὶ ἐπεζήμων τῷ δὲ αὐτῷ εἰρηνικόν. Cum scilicet de scribis narrasset, addit alios, qui multo adhuc maioris apud Iudæos tunc erant auctoritatis, pacem ab impiis Alcimo, & Bacchide petuisse, hisque vocati Asidæos: Nam è suo adiungendo particula, & sic ipse met

met vertit Drusus fol. 29. Et primi Asidei erant  
 è filiis Israel. Similiter lib. 2. c. 14. v. 6. nefarius  
 Apostata idem Alcimus Demetrium Regem  
 in Iudæos, qui Moysis legem, veramque Dei  
 religionem, & sacerdotium retinebant, con-  
 citare volens, facit quod pessimi quiq; solent;  
 dat operam, ut qui, in toto piotum Israélita-  
 rum genere, pietatis erant studiosissimi, ab ea-  
 que præcipuo, peculiarique modo nomen  
 ducebant, Regi essent quam suspectissimi, &  
 odiosissimi: contra hos ille iram, & furorem  
 expromeret quam maxime. Ipsi, aiebat Regi  
 loquens, qui dieuntur Asidæi Iudeorum, quibus  
 preest Iudas Machabæus, bella nutriunt, & sedizio-  
 nes mouent, nec patiuntur regnum esse quietum.  
 Et Græcè clariūs, οἱ ἀσέρπεροι τῆς Ἰudeῶν Ἀσι-  
 δῶν, id est, qui è Iudeis vocantur Asidæi. Si his in  
 locis ponamus, & intelligamus pios in gene-  
 re, an non frigebit, iacebitque tam oratio  
 quam sententia? Deinde vero, cur Græci, La-  
 tinique Asidæorum hic nomen retinuerunt?  
 cur non ut alibi tam sape, & quidem in illo  
 ipso lib. 1. c. 7. v. 17. vetterunt sanctos, pios, mi-  
 sericordes? cur ignotam, barbaramque vocem,  
 si proprium, tritumque in certo piorum so-  
 dalitio non esset nomen; iidem retinuissent,  
 & in hisce quidem libris omnium primò reti-  
 nuissent? Car maiusculam dictionis capitile  
 darent omnes litterani, & ipsem tota pænè  
 libello, & nominatim iam citata pagina 29:

Dru-

Drusius? Ad hoc; omnium ob tantam tui perspicuitatem summa de hoc est, fuitque hactenus consensio. Licet enim de vocis etymo, deque Asideorum instituto controuer- sentur non pauci, esse tamen certum aliquod piorum certorum institutum, secundam ac fa- miliam facientur omnes. Sed quia fol. 32. Ca- tholicum, ait Drusius, Genebrardum non moror- cum iam non laudabo, et si lib. 2. Chron. fol. 99. clatissime loquitur, immo neque Catholi- corum aliorum vobis, sed ex iis tantummo- do, qui ad Drusianum palatum magis sint. Nouatores aliquot, quibus, in tertio quod propositum est, plutes adhuc adiungam. Et in illis primum rea est locum citatus antea Irenius, dum Asideos perpetuo in libris illis scribit, & certos esse vult, quic religionis ergo hue illuc essent diffusi. Josephus Scaliger lib. 6. de emend. temp. fol. 503. cum Esenostra- staller; Sic in libris, ait, Machabeorum non ali- mile genus Iudaorum erat Asidei dictum. Calvi- nianæ sapientiae fons Lemanus laquis est. Ex eonoua Bibliorum translatio, maximè Galli- ca puta puta fluere annis aliquot putata est. Eam tamen ipsi lacustres Theologi ac Mini- stri anno 1538. correxerunt, in eaque correcta vertunt *Les Asideens*, ut proprium nomen sit. Lutherus in Germanica versione, vocabulo quidem utitur, quod alioqui commune est, sed ut ad certi generis bonos id restringat, maiuicu-

maiusculam præscribit litteram dicens lib. I.  
Machab. c. 2. & 7. die **Grommen**. Et cum qua-  
dam energia, quam Germanici suppeditant  
articuli c. 14. lib. 2. die **Juden** die sich die **Grom-  
men** nennen. Quod si vero lib. I. Machab. c. 7.  
**Chefidim** siue **Hafidæi** restrictè accipiuntur, ut  
accipi confectum iam fatis; idem profecto  
de Hosiis apud Josephum lib. 12. c. 6. ubi can-  
dem narrat historiam; contendum: Et tam  
bis òròis particulatum, quam vniuersè rois à-  
gros omnibus opponit rvs àrcheis xpi trionyx  
stupéras. Astutè verò Drusius rvs in Josepho  
àjus dissimulauit, solorumque rjs ias, me-  
minit, ut iis generatim viderentur impij op-  
poni, sicque generatim pij omnes intellige-  
rentur. Sed probata iam fatis mea assum-  
ptio, ò qua de magno Drusij errore verissima  
neicitur conclusio.

Tertium nunc superest, sintne Hefsiæ Haf-  
idæi? Drusius de Hafidæis tria, quæ quidem  
huc pertineant, suo in libello tradit. Primo, in  
Machabaorum libris, esse generatim pios ac  
sanctos omnes. Secundo, eodem in iisdem li-  
bris, & in Gorionide Josepho lib. 4. c. 29. esse  
Phariseos. Nam fol. 5. Pharisei antiquitus, in-  
quit, dicebantur sapientes Israel & Hafidæi. fol. 28.  
Gorionides duas tantum sectas ibi commemorat,  
vnam Sadducaorum, aliam Hafideorum, siue Pha-  
riseorum. fol. 34. Eo in loco (Gorionidæ) vt et-  
iam in libris Machabaorum Pharisei significantur,  
aut si nomen hoc recentius, sapientes Israel. Et hoc

3.

*en iudem  
Effeni, &  
Hafidæi  
Op. Drus.*

Q

olima

olim scripsérat in illa q. 47. proper quam h̄ic eius libellus. **Tertio**, facetur nunc, quod in Machabæis probauit; Hasidæos fuisse Essenos, peculiaremque à Sadducæis & Pharisæis distinctam sectam: sed quæ post Machabæorum tempora primò extiterit. Sic enim fol. 5. E Pharisæis orti Hessai, quos auctor libri Iacobin Nazareos, Gorionides compositor historie Ebraica etiam Hasidæos vocat. fol. 31. Si Pharisæi eo tempore dicebantur Hasidæi, quare post appellati eo nomine sunt Hessai? Notum; ut generale nomen aliquando ad certam speciem restringitur, fol. 34. Ut verum sit Hessenos Hasidæos dicti, tamen et in loco, ut etiam in libris Machabæorum Pharisæi significantur. Et fol. 62. Multi ex Pharisæis recesserunt in solitudines, & loca deserta, ibique tertiam sectam Iudaorum considerant, peculiariter Hasidæi nuncupati sunt. Sed ex hisce tribus.

*In Drusſo.* — **mum** non multo ante disiectum est. Alterum pñnione duo vero labefactatum supra in illius Gorionici falsa. Nam loci, qui virtus ut, contra omnes caheret classem sacerdotum, sicum Drusius, effecit, explicatione. Et vero Scribarum potius nomine libr. i. Machabæorum c. 7. quam Asidiorum Pharisæos complectiliceret, ut ex iis, quæ de Scribis disputata superius, intelligitur. **Tertium** eatenus tantummodo falsum est, quatenus non nisi post Machabæorum tempora Hessæos, qui & Hasidæi sunt, prognatos vult. Sed è Iosepho Flavio explosum hoc primis statim capiibus.

Ideoq;

Ideoq; nihil superest iam alia, quam ut complexioñem hanc instituam: Hasidæi fuerunt, cum essent Machabæi. Et iij neque erant in genere p̄i j ac sancti: neque in specie Pharisæi, multo minus Sadducæi. Esseni ergo fuerunt: cum & istos tunc fuisse certum ex Iosepho sit, & de alia quarta quapiam iudæorum secta, quæ hisdem viguerit temporib⁹, nihil à Iosephis, scriptoribusque aliis memoriat proditum sit. Ut eisdem tamen Hessæos & Hasidæos esse tanto stet firmatius, adiicio, licet nihil necesse sit; ipsam nōminum originem, & significationem, quæ, vt è superioribus liquet; in vtrisque propterea eadem: duorumque item Nouatorum testificationem, & quibus alter est Munsterus in c. 6. lib. 4. Gorionidæ alio loco supra commemoratus, alter, quem collegam suum laudat ad Gal. i. n. 7. Beza; Bonatientuta Cornelius Bertramus libro de Politia Iudaica c. 19. In Iudeorum heresibus seu sectis, primis, ait, locus Essaos seu Essenis merito tribuitur. Illos enim esse puto qui i. Machab. 7. 13. Asidaei appellantur, Iudeorumque primi & principis dicuntur. Essaos seu Essenos Asidaeos esse arguit, quod apud Iosephum filium Gorionis Hebreos scribentem, qui Essel seu Esseni dicuntur ab aliis, & præsertim à Iosepho Graece easdem historias describente, Chasidim, id est, Benigni seu p̄i appellantur. Hæc ille, à quo facerem ad alia gradum ocyus; nisi unum quo Phariseos fuisse

Q. 2 Hass-

Hafidæos persuadere vult Drusius, neque libi, ut alia, explicatum adhuc, dissimulare nefas ducerem. Quid, inquit fol. 34. multa? Ipse Hyrcanus vocatur in Gorionida lib. 4. c. 29. à Pharisæis, cum abduceram discipulus esset, Chafid, id est, Hafidæus siue pius. At generali, quæ huic subiecta nomini, notione sic appellatur. quæ admodum & ibidem vocatur Tsadik, ita ut male illuc à Drusio vertatur Hafidæus, nec bene grandiuscula scribatur Pius.

## CAPUT VIII.

## Esseni an Nazarei?

**A**sterit historicus unus Hebreorum lib. 14. Iud. 13. v. 5. & 7. præscribitur. Nazarei non erant. Nam & ceremonie non paucæ differæ, & in ipsis Machabæorum libris, eorum distinctio satis ostenditur, dum propria Nazariorum vox collocatur lib. 1. c. 1. v. 4. & Essenis appellatio tribuitur alia, videlicet Hafidæorum, uti caput docuit superius. Per quandam tamen similitudinem, vocari possunt Nazarei, & quidem perpetui. quia ritus quoddam similes obseruabant, cultuque se diuino totos mancipabant. Et his quoad exteriorem etiam corporis amictum, apte illud

*Proprietas Nazariorum*

Iudicouenit Threnorum 4. v. 7. Candidiores  
Nazarei eius niae, nitidores lacte.

## CAPUT IX.

*Esseni an Rechabitae & quando illi  
reperint?*

**E**SEROS Rechabitas esse inficiantur nonnulli, asteuerat verò Suidas, dum ait: 'Ερεβοι οἳ παῖδες Ιωναδαὶ τοῦ εργάτη Διονύσου, id est, Essai erant maiores, seu parentes & audieres Iona-dabi filii Richab iusti illius. non autem, ut vertie Lutheranus Wolphius; posteri. Sic enim es-sent Rechabitatum ἐπόχοι, non ἀρχῆσι. Vi-detur verò hæc, vnde eam cumque hauseret Suidas; tamēli nondum demonstrata, probabilis tamen assertio. Etenim Esseros Ioan-nis Hycani tempore iam suisse probatum est supra, & de iis loquitur Iosephus non quasi tunc natis, sed veterioribus, & vulgo notis. Probatum præterea est; Esseros Asidæos esse, quorum in Machabaorum libris mentio. Er-go ij vel illis ipsis temporibus orti, vel ante iam erant. Prius illud videtur ea innuere sen-tentia, quæ ob Epiphanis Antiochi saeculam & immanitatem in solidudes Iudeorum aliquos diffusos ait, inde que Ascidas vocatos. Sed quamvis verum sit, in fugam, & deserta loca, ob illius tyrannidem, ciecos quamplu-rimos, ut habetur i. Machab. 1. & 2. inde ca-

43. c. 7.

men *Aischideorum* nomen extitile, negatum  
suprà. Potius igitur videtur, eos antea iam  
fuisse, & eorum, qui in solitudinibus iam de-  
lituerunt, Sabbathum cærimoniasq; alias tam  
accuratè obseruarunt, plerosq; Hessæos fui-  
se. Quando verò ceperint, vel quomodo, non  
potest dici aptius, quam eos iam inde ab illo  
tempore, quo in promissionis terram ex *Æ-*  
*Egypto* ingressi Iudei sunt, semper fuisse, ma-  
giore aut minore numero, aliquaque institu-  
torum quorundam vel mutatione, vel acces-  
sione, eosdemque esse, qui Iudicum capite  
primo *Cinai* vocantur, orti è Moysis socero  
Iethrone, ipsiusque filio Hobab, de quo Na.  
10. Horum verò alteruter, vel ex iis certè fuit  
(nam infra de hoc iterum) *Rechab*, qui à Sui-  
da ὁ δίκαιος dicitur, Hebraicè *chafid*, cuius fi-  
lius Ionadab ad veterem disciplinam quædā  
addidit, eumque cætum, seu sectam procrea-  
uit, quæ *Ieremias* 35. Rechabitarum dicitur,  
qui genere quidem ac ortu *Cinæi*, & *Hessæi*  
erant, sed aliqua cum institutorum ac nomi-  
nis mutatione. ita vt *Cinæorum* & *Hessæorum*  
duo essent genera. Vnum vetus, veteri cum  
instituto ac nomine. Alterum recentius, Re-  
chabicum scilicet. Probabilitatem accipiunt  
hæc, primo, quia *Cinæos* Iethronis posteros  
cum *Israelitis* in promissa terra consedisse,  
pietatisque ac virtutis studia insigniter exco-  
luisse, patet ex Iudicum primo &c. 4. sed ma-  
xime

*Esseni sunt  
Rechabitæ,  
& post Æ-  
gyptiacam  
exodus ce-  
perunt.*

ximè ex i. Paralip. 2. versu vltimo, vbi in oster  
textus sic: *Cognitiones quoque Scribarum habi-  
tantium in Iabes, canentes atque resonantes, & in  
tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinei, qui ve-  
nerunt de calore patris domus Rechab. Expendun-  
tur singula. Primum, Scriba à Nouatoribus*  
Beza in Matth. 2. v. 4. Iunio, & Tremellio, in  
Paral. lib. i. c. 2. vocari dicuntur hi, quod pri-  
uatorum contractuum & instrumentorum  
essent descriptores: & quidem ita, ut hoc è  
citato Paral. loco liquere afferat Beza. Nihil  
tamen minus. Nam qua ex particula id li-  
quet? Hebraicè *sopherim*, Græcè *γραμματεῖς*, &  
Latinè *Scribae* ideo vocantur potius, quod di-  
uinarum rerum periti, sacrorum librorum,  
legumque peramantes ac studiosi essent, pro-  
ut suprà de Scribis actum. Genebrardus lib. i. Lib. 2.  
Chron. fol. 60. Vocantur *Scribae* siue *Doctores* 1.

Paralip. 2. Alterum. *Habitantes in Iabes etiam à  
70. dicuntur, non vrbe, sed solitariis ac nemo-  
rosis Iabes sæ locis, de quibus i. Reg. 31. & Io-  
sephus lib. 7. c. 19. Quia tamen in Hebræo po-  
test phrasis etiam significare illos, qui apud  
Iambes sedent; explicat hoc auctor Traditio-  
num, quasi apud quendam Iambes nomine,  
Doctorem insignem versati sint. Et quemad-  
modum ad Gamalielis Paulus; ita isti ad hu-  
ijs pedes, discendi causâ, federint. Nam sanè  
in eodem libro c. 4. versu 9. & 10. valde Iabes  
commendatur, qui & votum Deo fecerit, &*

*Notantur  
in sacro tex-  
tu quatuor.*

1.

2.

*10. 12. 6. 3.*

Q + ab eo

ab eo exauditus sit. Fuit, ait textus, Iaber incli-  
tus prefratribus suis, & mater eius vocauit nomen  
illius Iabes, dicens. Quia pepericu*m* in dolore. In-  
vocauit verò Iabes Deum Israe*l*, dicens: Si benedi-  
cens benedixeru*m* mihi, & dilataueru*m* terminos  
meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me  
à malitia non opprimi. Et præstisit Deus qua pre-  
ca*m* est. Idemque ab eodem Traditionusa  
auctore appellatur doct*o*r admodum pius (He-  
braicè chafid) & inclitus. Tertium. Canentes,  
atque resonantes, atque in tabernaculo commo-  
rantes. Retinent 70. Hebraica fere nomina,  
quasi essent Thirhathai, Schimbathai, Sucha-  
thai. Sed cum neque hominum, neque loco-  
rum nomina hæc propria, maximè primum  
& secundum inueniantur, accipienda ea si-  
gnificatio, quam verborū vis importat. Thir-  
hathai ergò sunt canentes, seu vociferantes, ac  
iubilantes, quia in precibus versabantur ma-  
xime: assiduas Deo laudes ac hymnos cane-  
bant, illustriq*e* iubilo ac voce depromebant.  
Schimbathai verò resonantes, qui alios id quod  
canebant vocis contentionē audire faciebā.  
veletiam ipsi audientes, quod Magistros, diui-  
norumq*e* oraculorum Interpretes nunquam  
non audiebant, quod Maiorum præceptis ac  
institutiis obediebant nauissimè, ut est Ierem.  
35. v. 20. 14. 18. Suchathai autem vertuntur in  
tabernaculo commorantes. quia vel extra urbes  
& vicos fixis alicubi tentoriis degebant, vel  
in ve-

in viribus, & vicis, tanquam in tabernaculis,  
 non habitaculis: tanquam in hospitiis, non  
 domiciliis Ierem. 35. versu 10. 11. Quid verò  
 ista nisi sanctum quandam, pium, secretum-  
 que à communi consuetudine viuendi mo-  
 dum significant? Traditionum Hebraica-  
 rum auctor, Carentes, ait, atque resonantes ideo  
 scribuntur, eo quod assidue in lege Dei & Prophe-  
 tis versabantur. Quartum. Hi sunt Cinei, qui  
 venerunt de calore patris domus Rechab, siue ut  
 ex Hebræo, absque nominis interpretatione,  
 quam non male facit Latinus; in Septuaginta  
 legitur; qui veniunt ex Chammath patre do-  
 mus Rechab. Quis vero iste Chammath? Hiero-  
 miæ 35. domus, seu familia & cœtus Rechabi-  
 tarum aliquoties dicitur, cuius pater proximus  
 sit Ionadab, de quo 4. Reg. 10. v. 15. temo-  
 rus Rechab, qui Ionadabi pater. Et verò quia  
 non Ionadabitæ, sed Rechabitæ vocantur, vi-  
 detur Chammath esse ipse Rechab. At vero Re-  
 chab iste quis? In scriptura sunt Rechabi pla-  
 res, ut 2. Reg. 4. 2. 6. & 9. Eld 2. c. 3. v. 14. Sed de  
 hoc nostro nihil, præterquam eum esse Iona-  
 dari patrem. 4. Reg. 10. 15. & 23. Ier. 35. v. 6. 8.  
 14. 16. 19. Et quia vox ea equitem vel currum  
 significat, legitur in 70. ἐν χαράς προειρυται Iud.  
 1. v. 19. ut agnoscit eum in locum S. Augusti-  
 nus q. 4. Theodoreus q. 5. Hebræorum certè  
 Latinorumque non pauci putant ipsum esse  
 Iethronem Moysis socrum, vel Iethronis fi-

Q. 5. lium

lium Hobab, qui dicitur pater ipsius Iona-  
dab. non quia ipsius proximus genitor, sed  
scripture more, quia ex eius stirpe Ionadab,  
idque disertè tradit Arias Montanus in Iud. i.  
hisce verbis: *Fuisse verò Iethro Mosis sacero, plura  
nomina (ut multæ etiam aliis antiquorum) fre-  
quentiter testimonio nouimus. Namque hac loco Kini  
comine noratur nomen; apud Ieremiam verò idem  
Rechab appellatur.* Rabbi Salomon Iarchi di-  
sertè in Ieremij cap. 35. Rechabitas è Iethro fi-  
lius esse affirmat, qui quidem Iethro vir Dei fue-  
rit. R. David Kinichi eodem loco, *E domo, in-  
quit, Hobab sunt filii Rechab.* Eademq; omnium  
inter Hebreos Sapientum sententia est. Un-  
de noster in idem Ieremij caput Lyranus:  
*Dicunt, ait, Doctores Hebrai, & Latini, quod isti  
Rechabites descenderunt de Iethro sacero Moysi.*  
Theodoreetus quæstione iam citata: *Meminit  
passim, ait, scriptura diuina Rechab tanquam viri  
valde pijs (euocæs, chasid) cuius religio ad posteros  
etiam dimanauit.* Ab huius ergo singulari pie-  
tate ac religione, quam suis in Graeco articu-  
lis notant citati iam Suidas & Theodoreetus;  
fluxere Chasideorum, Hesæorum, ac Rechabita-  
  
*Gentilium* nomina. Sed hoc in Ieremij & libris Re-  
*cum iudei-* gum usurpatur, reliqua in Machabæis, & de-  
*ces, Christi-* incepis in historiis visitata. Iam verò Plinius  
*anisq; scri- lib. 5. hist. c. 17. Per seculorum, ait, millia gens Es-  
proibus de- senorum aeterna est.* Solinus c. 36. Per immensum  
*Essenis con- spacium seculorum, incredibile dictu, aeterna gens*  
*sumo.* *est,*

est, cessantibus puerperiis. Reicit hos Drusius  
 fol. 61. sed reicit tantum, nulla proflus ratio-  
 ne. reiciunt & alij, si d eo modo ut obiciant  
 aliorum, & Hebræorum præsertim de hisce  
 silentium: ipsumq; Plinium excusant, quasi,  
 quia Iudæorum genus nosset vetustissimum,  
 putarit Essenorum sectam iis congenitam. At  
 cum eo, quæ exposui, modo cum Scriptura,  
 Christianisque, & Iudæis Doctoribus bellè  
 concinat Plinius, quiqne ipsum sublegit So-  
 linus, veritati potius gratulandum, quæ pro-  
 phanos etiam, Genitilesque scriptores testes  
 habet. Nam vnde alia de Essenorum institu-  
 tis tam verè, tamque Iosepho conguenter  
 accepit Plinius, inde ipsum de ipsis etiam  
 vetustate, ac diuerso à tota Iudæorum gente  
 instituto accepisse, an non consentaneum  
 credere? Cum præterea videamus hominum  
 istorum usque ad Sedechiam Regem, longa  
 multorum annorum serie, posteritatem ve-  
 nisse, quidni eandem deinceps adhuc ad Ma-  
 chabæos, & ab iis usque ad Christum Domi-  
 num à Deo conferuatam & propagatam re-  
 cè censemus? præsertim cum Ierem. 35. v.  
 19. dicat ipse Dominus, Non deficit vir de stirpe  
 Iona ab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis  
 diebus, id est, mihi piè religioseque famulans,  
 & obsequens. Quid, quod in S. Iacobi Apo-  
 stoli, qui Iustus etiam appellatus est, nece, pa-  
 tronus ei sacerdos affuit Rechabita, uti refert

252 D<sup>r</sup> E S S E N I S ,  
ex Egesippi lib. 5. Eusebius li. 2. hist. c. 23. non  
quod is genere ac sanguine à Rechab orere-  
tur. (Quomodo enim, qui Leuita, & ex Aa-  
ronis stirpe non esset, Hierosolymitanus Sa-  
cerdos fuisset?) Sed quòd in Rechabitatum  
sele disciplinam, se & tamque contulisset, ita  
ut quemadmodum Rechabita, sic & Essens  
vocari potuisset. Quid, quod & veritatile  
videtur, ipsum eundem S. Iacobum, quia in  
eadem disciplina, p: iusquam Apostolus es-  
set, multoque postea magis; excellebat, idcir-  
co καὶ ἔξοχῶ vocatum olim Iustum (chabid)  
vt eodem loco refert Eusebius? Nam certè,  
quæ de sanctissimi huius Apostoli virginita-  
te, abstinentia, precandi assiduitate summa-  
que apud Iudeos auctoritate grauissimi, ut  
in libello de Apostolis breuiter retiguntur; trādiderat  
Scriptores, ad Essorum mores quadrant op-  
timè. Sed hoc quidem sit, vt cuique arriserit;  
mihi certè videtur Josephus per antiqua eo-  
rum originem non obscurè testari, dum lib.  
18.c. 2. ait, ἀξιοντὸν θεού μάστιγον τάντης  
ἀρετῆς μεταπομένεις, τὸ δίκαιον μιθεῖον ὑπάρ-  
χειν εὐλείων οὐ βαρέζειν ποτὲ, ἀλλὰ μηδὲ οὐδὲ λίγον  
ἐπένοισ. ἐκ ταλαιῆς σωματίου ἐτοῦ οὐ παθεύειν  
μὴ πεκαλύθει. quæ Lectoribus veritatis aman-  
tibus perabsurdè surripuit hactenus Russi-  
nus: nouus verò Interpres aliquantulum red-  
hibuit, cum vertit: *Miranda etiam est eorum in-  
sitia, qua omnes Gracos & Barbaros longè supe-  
rare*

S. Iacobus  
Apostolus  
nunc Essens  
etiam

rant MVLTIS IAM SÆCVLIS triti in eius cōtinuis studiis. Sed pæne ad verbum hæc ait Iosephus: Dignum verò ipsorum admirari præ omnibus, qui virtuti student, iustum siue iustitiam, quæ Græcorum, aut Barbarorum aliquibus, ne quoad exiguum quidem partem vñquam contigit: illis verò AB ANTIQVO venit ob eam causam, quod prohibiti non sint, aut non impedian tur suo illo modo institui. Rursum ait ibidem, eos pluimis eorum, quæ Dacorum sunt, esse admodum similes. At vero iam suprà dictum est, apud Getas, Dacos, & Pythagoreos vi guisse quam plurima, quæ Essenorū videātur, eaque per Pythagoram ab Iudeis accepta fuisse: sicque ipso Pythagora priorem ac vetustiorem Essenorū esse familiam. Vixit autem Pythagoras, Babylonici Iudæorum reditus tempore, deincepsque aliquandiu, usque ad Olympiadē septuagesimā floruit.

Ne sit autem Drusio insipida nimium mea *Testimonia Nouatorū.*  
hæc disputatio, aspergam quod ipsi gratum, c. 10. cum quereret, cut filiis suis ea, quæ apud Ieremiam sunt c. 35. de vini abstinentia, prædiorum inopia, solitudinum cultura, deque similibus aliis præcepta dedisset Ionadabus, respondet ipse cùm alia, tum verò istud: Fuit pastoritia illa ars Rechabitū patria, imo auita. Nā Iethro sacer Moysis greges habuit, & ad eos pascendos & custodiendos, filias mittebat. Noluerunt itaq;

itaq; à suis maioribus degenerare. Et uberioris in  
 C. Iudicum: Deus demonstratur Kenaos non vul-  
 gariter in sua Republ. ornasse, idq; tribus praeipuis  
 dotibus. Excelluerunt enim studio & scientia le-  
 gis. Deinde proclara victoria fuerunt illustres. Po-  
 stremo; laudatis probatisq; moribus vixerunt, Et  
 de studio sane legis, quo flagrарunt, liber prior Pa-  
 ralip. c. 2. ad finem, illu testimonio est. Ibi enim cum  
 familia Iambez, id est, Hothnielis, commemoran-  
 tur, & Scribe fuisse dicuntur. Vnde apparet He-  
 braorum traditionem aspernandam non esse, quod  
 in doctrina legis discipuli Hothnielis fuerint. Nam  
 recensentur in eius familia. Discipulos autem loco  
 filiorum habendos vulgatissimum est. Hieronymus  
 quoq; in questionibus super Paralip. hanc senten-  
 tiam amplectitur, que, ut dictum est, scriptura vi-  
 detur i[n]niti. Neque arbitror alia de causa inter ge-  
 sta Hothnielis hoc loco (Iudicum i.) eorum men-  
 tionem fieri; nisi quod una cum eius familia sem-  
 per vixerint quam coniunctissime. Accensentur vi-  
 que tribui Iehude, tunc Israëlitæ stirpe non fuerint.  
 Quare typum vocationis gentium illi quoque inter  
 t[er]eros gesserunt. Alterum in Republ. eorum pre-  
 clarum ornementum fuit, pulcherrima victoria,  
 qua huius libri Iudicium 4. cap. referetur. Iahel e-  
 nimi, vxor Aber Kenai Sisaram Imperatorem Ia-  
 bin Regis Chenaan, interfecit, & manu mulieris  
 huius familiae, Deus voluit magnam salutem Israe-  
 litis concedere. Denique ut bene morti fuerint, &  
 paternorum mandatorum obseruantes, familia Io-  
 nadabi

uadabifiliū Rechabit declarauit. Non bibebant vi-nūm, quod Nazareorum tunc temporis institutū erat, & egregia rerum terrenarum contemptione domus non habitarunt, sed in tentoriis degentes, pastoritiam artem, quæ simplicissima est, exerce-bant. Vnde à Ieremias Propheta & plurimum com-mendantur, & sunt prie Iudeis promissione ampli-fissima ornati, quod illi videlicet Rechabo parenti sub plus obseruantia atq[ue] obedientia detulerint, quam ip[s]i Deo ab Hebreis deferretur, qui tamen eo patre ac sanctis progenitoribus perpetuo gloriabātur. Pro-pterea id verissimum esse agnoscimus, quod Paulus ad Romanos docuit, illos patrem Abramum vere babere, qui vestigia fidei eius premunt. Iij non erant Iudei natura, sed voluntate ac fide profelyti effecti sunt, & permultos, qui natura Iudei erant, pie-tate ac sanctitate anteuenterunt. Et in c. 4. Kenao-rum familiam in tabernaculis habitasse nō est mi-rrum, quandoquidem Rechabite, qui fuerunt ab eis oriundi, stabiles sedes minime habuerunt. Fagiū aut Munsterus in eodem cap. i. Iud. Ab his, ait, Kenau, tandem descenderunt Rechabite. Munste-ri Praeceptor Pelicanus in c. 4. Iudicum: Ie-thri posteritas venerabatur ab omnibus: quando-quidem & specialis honestatis erat, à quo & Re-chabite. Hæc Drusio Nouatores. Sed Catho-  
Testimonis  
 licis, præter Suidam initio capitis laudatum; Catholico-testem etiā profero S. Nilum in Ascetici prin-cipio, dum ait. Iudei, qui talem viuendi ratio-nem instituerunt, à Ionadab sunt oriudi, & omnes,  
 qui

qui ad se, ut eodem modo vivant, accedunt, ad eadem ducunt instituta. In tabernaculis perpetuo habitant: à vino, atque omnibus cibis delicatis abstinent: victu tenui cōtentī corpus affligunt. Magnam igitur morum curam gerunt: & contemplatione vacant aſiduè, ex quo Hessai appellantur.

*Argumenta contraria sex.*

Restat igitur aliud nihil, quam ut opinio-  
nis huius probabilitas, etiam ex eorum, quæ  
contrā obiciuntur, dissolutione aſtruitur.  
Ea vero à ſummo ætatis huīus viro, veritatis  
indagandæ causâ. recenſentur sex.

*1.* PRIMVM: Si tam nobile, ac prope diuinum vi-  
uendi genus ante tot ſecula vigebat apud Eſſenos  
Iudeos; qua ratio eſt, quod neque in veteri instru-  
mento, nec nouo vlla de eo reperiatur habita men-  
tio? At vero iam dictum, habitam eorum, ſed  
nominibus aliis, mentionem. Illud potius  
mirum, quomodo cum, ante Ieremias de Re-  
chabitis testimonium, fuetit Ionadab, annis  
propemodum trecentis, ut ab Iehu ad Sede-  
chiam vsque Chronologia monſtrat; nulla  
tamen eotum tam nobilis instituti facta vi-  
quam ſit mentio, neque deſcripta origo: ſed,  
aliud quaſi agendo, eam tandem aperuerit, &  
quidem breuiter, Ieremias.

*2.* ALTERVM: Diuersa ac planè diſtretta erat Eſ-  
ſenorum & Rechabitarum institutio. Rechabita e-  
nim, ut eſt ſacri litteris conſignatum, non niſi ei-  
qua terra ſponte ferret, abſq; aliqua agrorum cul-  
atura victum querere conſueuerant: e contra vero  
Eſſenos

Essenos omnes agros tolere solitos, & ex his victum querere, Philo in libro qui inscribitur: quod liber sit probus; & Iosephus testatur. Immo eosdem Recabitas temporibus Sedenchia, cum Babylonij Hierosolymam obfiderent, coactos esse intra ciuitatem se recipere, ac sic ab instituto defitare, Hieronymus ad Paulinum scribens testatur: nec tertiè aliqua amplius de illis in diuinis scripturis mentio habitare peritur. Indicant ista fuisse plures Cinæorum, Essenorumque formas. Omnibus quidem & semper commune fuit, apprimè pietatis, virtutisque studium colere: sed libera olim erant multa, quibus se posteri sponte, ut in his, quæ iam obiecta; obstrinxerunt, alij non. Sic eorum maxima quidem pars uxores olim ducebant, liberisque operam dabant, nonnulli tamen, vel tota, ut Elias, Elisæus, Ieremias, vita, vel certis, quæ sibiipsis definiebant, temporibus, vti de Leuitatum plurimos Hebræi docent; continentiam ruebantur. postea vero, maximè post Beatæ Virginis partum, Virginemq; ac virginitatis doctorem maximum CHRISTVM IESVM, maxima pars Venerant omnem aspernabantur: cæteri veterem nuptiarum morem tenebant. Vnde & supra, duo Essenorum genera nobis indicabat Iosephus.

R. p.

**TERTIVM:** Admiratione plane digna res est, quidnam sit, quod cum in Euangeliō de ceteris omnibus Iudeorum sectis habeatur mentio, nempe

R. de Pha-

3.

de Pharisæis, Sadducais, Galilæis, & Herodianis,  
de Essenis, quorum vita institutio videri poterat præ-  
ceteris admiratione digna, omnis memoria silentio  
prosperus obvoluta remanserit? Causam aliquam  
affert, dubitabunde tamen, Drusius fol. 59.  
quod sub Herode maioris Herodis filio nulli amplius fuerint Esseni. Dubito, ait, an etiam  
sub Herode altero fuerint Esseni. Dubitandi causa,  
quoniam in novo fœdere, ubi frequens mentio Phari-  
sæorum & Sadducaeorum, altum de Essenis silen-  
tium, ne nomen quidem illorum in illis libris exeat.  
Quid causa esse putabimus? Si alia est quam ea,  
qua dixi, fateor me illam ignorare. Libenter audia  
doctiores. At fuisse, etiam post Herodem alterum, testis, ut de Philone adhuc taceam; Iosephus lib. 2. Capt. c. 12. prout ipse metagnoscit Drusius fol. 32. Ea igitur silentij huius car-  
sa potius, quod CHRISTO Domino nulla in  
re aduersati sunt, qui Hierosolymis erant Es-  
seni, nullas et aut verbo aut facto tendiculas  
posuerint, nullis grauioribus vitiis, quæ scan-  
dalum præbere possent, obstringerentur. Sic  
enim Abulensis in Matth. 3. q. 63. De Essenis, &  
de sequentibus sectam Iude Galilei nihil in Euangeliis  
dicitur, cum sepissime tamen de Pharisæis &  
Sadducais dicatur. Ratio est, quia de istis ponitur  
in quantum aduersabatur Christo, & ipse de multis  
eos arguebat, principi Pharisæos. De secta Hes-  
sorum nihil dicitur: quia erant viri boni: & forte  
nunquam contigit eos aduersari Christo, vel con-  
currere cum eo ad aliquid.

Q. A. R.

**Reffonsio  
duplex.  
Vnde Drusij.**

**Reffonsio.**

**Alerara  
ffonsio Se-  
rior.**

**QVARTVM:** Quid est quod idem Iosephus Iudeus duob. illis disertissimis libris, quibus calumnias in Iudeos ab Apione congregatas totis viribus nisi impugnat, atque refellit, simulq; quidquid nobile dignumve de gente sua ex quibuscumque antiquis scriptoribus venari potuisset; ex abditissimis etiam locis gloriose admodum in medium profert, de Esemorum instituto omnium celeberrimo tacuit, cum eorum gymnasium tam celebre apertum esset Alexandria, ubi Apio degere consuevit? Certè unico illo Eessenorum Iudeorum vita institutionis exemplo satius poterat procacis hominis refellere in Iudeos congregata mendacia, & oblatrancem retundere impudentiam. Ego vero primò vicissim quæro, quid est, quod idem Iosephus in iisdem contra Apionem libris illis de Rechabitatum instituto penitus reticet? Deinde ita de hisce libris loquitur libr. 2: aduersus Iouianum S. Hieronymus, quasi diserta in iis aliquando fuerit Eessenorum mentio, dum ait: *Iosephum in duobus contra Apionem voluminibus, tria describere Iudeorum dogmata, Phariseos, Sadduceos, Eessenos.* Tertio, ne nunquam quidem in iisdem libris omnino de Rechabitis, Eessenisque taceat, cum ab iis (licet eos generatim Iudeos, ut quæ quorundam erat, omnium esset communis laus; appeller) Pythagoram, eiusque discipulum Zamolxim didicisse non pauca refert, prout expositum antea.

**QVINTVM:** Si quod adhuc pertinet, ethnici-

R. 2. cos

*eos scriptores cōsulas, qui ante Christum vixerunt, & gentium diuersarum mores laudatissimos prosecuti sunt, eos laudasse reperies Gymnosophistas, atque Brachmanos, & si quos alios, qui vita moribus excellentes in orbe fuissent, licet remotissimis regionibus positos: de Essenis verò, qui predictos omnes facile antecellerent, quique planè ob oculos omnium essent in medio terra constituti, ne verbum quidē fecisse reperies. Sit in exemplum in primis Trogus Pompeius, & eius abbreviator Iustinus, qui agens de origine, & moribus Iudeorum, de Essenis nec meminit quidem. Insuper & Strabo Cosmographorum clarissimus, qui ex instituto nō tam orbū situm prouinciarumque, ciuitates & loca, sed & Gentium mores suis scriptis est exactissimè prosecutus, cum agit de Iudeis, eorumq; origine & moribus, de Essenis, qui claritate sua obscuri esse nō porrant, nihil penitus refert. Aristeas item in Commētario, quem scripsit de septuaginta duobus Interpretibus, cum Iudeorum instituta summa cum laua de recenseat, nullam prorsus mentionem fecit de Essenis.*

*At istud tam longum facilius expeditur argumentum, quia plurimarum, maxima- rūque Iudaicarum rerum summum apud Gentilium scriptores illos silentium. Quis aut Trogus, aut Strabo, & Aristeas Recha-bitarum, Prophetarum, tot tantorumque Regum, victoriarum, miraculorum commen-minit? Pauca interdum hic aut ille libat: Iudeica persequitur aēmo vnuis omnia. Quantares*

Reff.

tares fuit solis, Iosuano tempore, institutio? Quanta eiusdem, ad Ezechiæ votum, regres-  
sio? Et tamen de his apud veteres, vbi, & quis,  
aliquid?

**SEXTVM:** Nulla antiquior apud Iosephum Es-  
senorum memoria, quam Herodius maioris tempore.  
Sed iam supra sèpius infirmatum hoc. Nam  
& Aristobuli, qui Ioannis Hyrcani filius; té-  
pore, prædictio Esseni Iudeæ recensetur à Iose-  
pho lib. 13. c. 19. vbi, quod in textu suo *Essenum*  
omiserit nouus Interpres, nisi si Typographi  
mendum est, haud excusandus. Nam in Græ-  
co est, μάλιστα δὲ αὐτοῖς θεομάστης, καὶ Ἰερου πρε-  
στῶν μὲν τὸ γένος. Rursumque lib. 1. Capt. c. 3.  
de eodem Iuda dicitur; οὐδὲν λογία. Et no-  
tandum semper τὸ γένος. Essenum hunc vo-  
cari, quia alij πλὴν αἵρεσις tantum, vel οὐδείς τον  
καὶ τὸ δόγμα Esseni erant, non genere, sed secta,  
vti de Rechabita sacerdote dictum supra. Et  
hi etiam filij Rechab dicebantur, quia, quo-  
ad doctrinam, eorum ille pater,

6.

Roff.

## CAPUT X.

*Postin ne Esseni Monachorum, aliorumque  
Christianorum Religiosorum inchoa-  
tores & exemplaria quedam  
censeri?*

**P**OSSUNT sancè cum generatim, tum specia-  
tim. Generatim quidem, dum ea, quæ in  
R. 3 Reli-

Religiosorum statu præcipua sunt, seruabat, egregiam erga Deum religionem, eiusque causam, corporis, animique castitatem, voluptatum fugam, paupertatis studium, facultatum omnium communionem, & si qua similia. *Speciatim* verò dum nonnulla, quæ, præ aliis, certi adamantur Religiæ, usurparunt, ut hospitalitatem, silentium, iuuentutis eruditioñem, alia quæ è superioribus manifesta. Licet verò id è Christianis Essenis confirmare. Sed quia hos aliquos esse nondum ostendi, sententiæ huius auctores edam nunc tantummodo aliquos. D. Hieronymus ad Parvum Epist. 8. cum de Monachorum principiis & auctoribus differeret, iamque Paulos, Antonios, Hilariones, aliosque nominasset, pergit: *Et ut ad scripturarum auctoritatem redeas, noster princeps Helias, noster Helisæus, nostri duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris & solitudinibus & faciebant sibi tabernacula prope flumen Iordanis.* De his sunt & illi filij Rechab, qui vinum & siceram non bibebant, qui morabantur in tentoriis, qui Dei per Hieremiam voce laudantur, & promittitur eis, quod non deficiat de stirpe eorum vir stans coram Domino. Hoc reor & septuagesimi Psalmi titulum significare: filiorum Ionadab, & eorum, qui primi in captiuitate ducti sunt. Iste est Ionadab filius Rechab, qui in Regno scribitur libro currū ascendisse cum Hieu. Et huius filii sunt, qui in tabernaculo semper habitantes ad extremus

tremum propter irruptionem Chaldaici exercitus  
Hierosolymam intrare compulsi, hanc primi capti-  
uitatem sustinuisse dicuntur, quod post solitudinem  
libertatem, urbe quasi carcere sunt reclusi. Philo-  
stius: Esseni sunt, qui Monachorum vitam exer-  
cent, escas delitiosas non sumentes, nec studium in  
vestimentis gerentes, nec possidentes aliquid: lectio-  
ni autem & bonis operibus insistentes, in locis et-  
iam separatis habitantes. Lyranus in Ieremias  
35. Ab iste Ionadab, inquit, incipit modus viuendi  
religiosus. Abulensis in §. Matth. cap. 23. q. 12. &c  
meus eriam Drusius Append. c. 3. Esseni culto-  
res pietatis & religionis, quos Galli, Religiosos ap-  
pellant: id est, religie, Germani Geistliche.  
Chytræum suffragantem audiuimus antea,  
nuncque Hugonem Broughtonum in Con-  
centu suo audire libet. Tertius, inquit, inter Iu-  
does secta fuit Essorum, qui Monachis non ab-  
similes.

## CAPUT XL

*Supersuntne aliqui nunc Esseni?*

**C**um eisdem docuerim esse Essenos, &  
Rechabitas, hos adhuc extare tradit in  
Itinerario suo Beniamin hisce verbis: Regio Se-  
ba nunc terra Aliman dicitur, regioni Senaar à Se-  
ptentrione confinis, cuius tractus unum & viginti  
itinera continet per solitudines facienda: atque in  
hac regione Iudai illi habitabant, qui Rechab fiti  
appellantur, alio nomine viri Therma. Est enim

R 4 Theima

Theima illorum ditionis initium, quos nūc Hanan Hanasi gubernat. Est autem urbs ipsa Theima magna, & frequens. Addit alia plura, quibus satis significat eos tantum nomine esse Rechabitas, nō vētere illa prohibare, ac iustitia. Quanquam fere suspicor, eos non ab ant quo illo Rechab ita vocari, sed ab assiduo equitatu. Horum, ait, regio inter montes, qui septemtrionales dicuntur sedecim dierum itinere protenditur vribus magnis & munitissimis exculta, nulliq<sup>z</sup> extera genti iugo subdita. Vnde prodeuntes incolae finitimas, & remotiores etiam gentes diripiunt omnes, quotquot sunt usque ad Arabes, qui cum ipsis fœdus habent. Sunt vero Arabes, hi qui habitant in tentoriis, mobilesq<sup>z</sup> sedes tenent in solitudinibus regionis ipsorum, alienasq<sup>z</sup> terras preda causa inuadunt in omni illa regione Alisman: atque ejus Iudei, quos modo indicabamus, agros colunt & pascua, armenta atque pecora possident, latissimam regionem, & vastam obtinentes, qui ex omnibus prouentibus suis decimas dant in usum discipulorum sapientum, doctrina atque concionibus perpetuo vacantium, & Phariseorum. Sed multa fabulantur alia Iudei de Iudeis aliis, quos Sabaticus nescio quis fluuius, & mira montium vastitas à ceteris dispescat mortalibus. Extant enim de his narrationes Hebrei Eldad Daniij, cum aliis aliquot apud Genebrardum. Si dicas, ex Domini tamen promisso Rechabitis facto Hieremias 35, aliquos adhuc esse portae-

portere dico esse quam plurimes spiritu, non littera. Et quemadmodum ē D. Paulo Rom. 11. filij Israel alij secundum carnem, alij secundum spiritum dicuntur, ita etiam Esseni ac Rechabitæ duplices statuendi. & boni apud Christianos Religiosi, veri Rechabitæ ac Esseni sunt.

## CAPUT XII.

*De Essenis ubinam scribat Philo?*

**M**Agnum inter Iudeos genere, doctrina, & auctoritate fuit Philo. de quo, ut ait S. Hieronymus, vulgo apud Gracos dicitur, <sup>In Catal.</sup> <sup>in scrsp. Eccl.</sup> Πλάτων Φιλωτίζει ή Φίλων Πλατωνίζει. id est, aut Plato Philonem sequitur, aut Platonem Philo. Tāta est similitudo sensuum & eloquij. S. Augusti Lib. 12. c. 39 nus contra Faustum Manichæum, Philo, in De hoc ita- quidam, vir liberaliter eruditissimus, unus <sup>c. 13.</sup> rum infra eorum, cuius eloquium Graci Platoni aquare non dubitant. Multa vero & præclara de Essenis prodidit is memoriam. Sed quia, ut suprà nota- l. 3 Prof. G ui, de ipsius sententia controvèrsiæ nonnulla- cap. 4. la sunt, eam pedetentim vestigare ac expli- care constitui. Ac primo ubinam de hisce agat, inquirō, quia duos tantummodo eius locos passim citari video: librum scilicet cui inscriptio, *Quod omnis probus, liber, & librum de vita contemplativa, seu de precatoribus, aut de supplicibus.* sed locus adiungendus tertius ē libro, qui Iudeorum Apologiam continuit, & alias

R 5      inscri-

in scribatur, de Iudeis, ut ait S. Hieronymus  
in Catalogo, & Eusebius lib. 2. historiæ c. 18.  
Hos enim tres libros in Essorum explica-  
tione laudat, ex iisque de promit non pauca  
idem Eusebius: ex Apologia quidem, & ex li-  
bro de viri probi libertate, lib. 18. præparationis  
Euangelicæ: ex libro autem de vita contempta-  
tiva, lib. 2. historiæ c. 17. in Græco.

## CAPUT XIII.

*An de iisdem Essenis loquantur Philo,  
& suprà civitatem Iosephus  
Flavius?*

2. Opinio-  
nes. 4. **L**EGO in Bellarmino lib. 2. de Monachis, &  
in aliis, negasse quosdam de Essenis iisdem  
magno istos autores duos loqui. Sed quo-  
rumnam hæc sententia sit, legere haud me-  
mini, licet in eam propendere videam tomo  
1. Annalium Reuerendissimū. doctissimum  
que Baronium, & alios. Argumenta illis fui-  
sse duo hæc indicat Bellarminus. VNUM, Iose-  
phus lib. 18. c. 2. afferit: Essorum sectam anti-  
quam apud Iudeos fuisse. Philo autem indicat selo-  
qui de disciplina suo tempore exorta. ALTERUM:  
Multa traduntur Essenis à Iosepho, que sunt mani-  
festè erronea, & superstitiosa, quorum nihil tribuit  
Philo suis Therapeutis. Vnde S. Nilus initio Asceti-  
corum suorum, afferit, Essenos (de quibus videlicet  
Iosephus loquitur) habuisse quidem mores similes  
meri-

moribus Monachorū, sed quia fide in CHRISTVM  
 caruerunt, nihil eis profuisse sanctos mores. T E R-  
 T I V M adiicit Reuerendiss. Baronius argu-  
 mentum. Essorum, qui in Iudea degerent, du-  
 plicem descripsit, ut suprà vidimus, formulam Iose-  
 phus. Alij enim erant moliores, qui coniugis vaca-  
 bant, alij rigidiores. Et hi ipsi rigidiores erant, in  
 multis tamen remissiores illis, qui agerent in AEgy-  
 pro, quorum Philo texit historiam. Nam de suis Es-  
 senis testatur Iosephus, agere solitos in ciuitatibus:  
 qui verò à Philone describuntur, foris in hortis ac  
 villis vivere soliti erant. Insuper illos prandere quo-  
 tidie, atque cœnare scribit Iosephus: istos verò non  
 nisi semel in die, post occasum solis, cibum sumere  
 consueuisse, tradit Philo, qui ex his aliquos ad ter-  
 tium usque diem ieiunos durasse, & alios sex diebus  
 sic itidem permanuisse tradit. Rursum illis per son-  
 gulos pulmentum apponebatur à quo: istis vera  
 pro obsonio, licet conuiuarentur, saltantum cum  
 pane & hyssopo satis erat. fuit & alia complures  
 inter eos in ritibus differentia: ut plane perspicuum  
 sit, eos, et si nomine conuenirent, compluribus insi-  
 tutis inter se fuisse distinctos: ac proinde Essenos Ale-  
 xandrinos, alios fuisse ab his, quos in Iudea agere  
 solitos Iosephus affirmat. Alij verò, quoniam mul-  
 to maior numerus, de iisdem Essenis, Iose-  
 pho & Bedoni sermonem esse autumant. Et  
 in his numerat Bellarminus Matthæum Ga-  
 lenum lib. de origine Monastices. qui meum  
 sub aspectum nunquam adhuc venit. Vtra-

que

Digitized by Google

*Christi Do-  
minus anno  
proximi  
Philo & Io-  
sephus. ille  
tamen iste  
antiquior.*

que opinio videtur ipsi iam nominato Bellarmino probabilis, mihi autem utraque potius expendenda. Cui tēi non parum prodest habere in promptu, vixisse quidem Philonem ac Iosephuni eodem primo CHRISTI Domini saeculo: sed Philonem esse Iosepho seniorem. Nam cum Tyberio Imperatori succederet Caius, vir erat Philo ætate maturnis, sapientia, & auctoritate pollens. In grauissimo siquidem Iudeorum omnium, qui Alexandriae habitabant, quorum quam plurima erant millia; negocio Romam ab illis ad Caium ipsum anno eius imperij quarto legatio missa est, cuius ille princeps fuit, ut cum ipse in libro de ea ipsa legatione, tam Iosephus lib. 18. c. 10. testatur. At Iosephus trimulus tunc infans erat, natus anno scilicet eiusdem Caïj primo, ut Vitæ suæ initio narrat ipse met, suoque Iudaici belli, & Archæologia libros absolvit anno Domitianij XIII, ætatis suæ LVI. ut in Archæologicorum fine scribit. Rursum vero postea, Claudij, qui Caïj successor, anno primo vel secundo Romam Alexandria profectus est Philo, ibidemque, negotiorum causâ, hærens cum D. Petro, qui sub idem tempus & Romam ipse aduenit; collocutus est, ut scribit li. 2. histor. Eusebius c. 16, & D. Hieronymus in Catalogo. Habent tñ præterea hi duo scriptores commune, ut Romæ ambo fuerint: sed maiorem ætatis partem in Iudea parti-

partibus égit Iosephus, in Ægypto alter. An verò vel hic Iudæam, vel Ægyptum ille aliquando viderit, non liquet. Ex his porrè colligitur, non Philonem Iosephi, sed Iosephum Philonis potius imitatorem esse potuisse. Vterque verò statuit duo Essenorum genera, Iosephus quidem lib. 2. c. 12. vnum τὸν γαμήτων, id est, coniugum, alterum τὸν ἄγαμον, id est, cælibum. Philo autem initio libri de vita contemplativa Vnum Practicorum τὸν δὲ φιλοσοφίας θεωρητικὸν φιλοσοφόν, qui & ab eodem κοινωνοὶ appellantur: alterum Theoreticorum, τὸν δὲ φιλοσοφίας θεωρητικὸν φιλοσοφόν, qui μονάχοι, καὶ μονάχοις etiam appellantur. qui secreti ab aliis, solitariam singuli vitam agebant in ædificulis, quas σιγητὰ καὶ μοναχεῖς vocabant, ut idem eodem libro ait. Nunc igitur duo ita statuo.

VNUM: Agit Iosephus de solis Essenis practicis, Opiniorum & canobitis, ita ut duo ipsius genera, duæ sint corundem τὸν κοινωνίων partes. Id verò intelligitur, primo ex dictis de maxima rerum inter ipsos communione, quæ suprà exposita n. 11. 12. 13. 17. 18. 19. 20. deinde è quotidianis ipsorum per horas plures antemeridianas, & pomeridianas laboribus, ac opificiis, de quibus n. 23. 29. Tertio, quoddam theorizansquam meminit idem Iosephus, sed eorum tantummodo aliquos diligenter veterum libros physicos, & diuinos euoluere significat n. 38. & 50. quod, in ma-

quaæ consolatus.

in magna multitudine nunquam fere qui faciunt, desunt. Et faciebant hoc etiam illi omnes toto tempore, quod ab operibus vacuum iis esse poterat, noctu & interdiu. Unde & respectu vulgi, possent Theoretici omnes appellari, prout lib. 8. præpar. ab Eusebio ante Philonis verba significatur. Quarto, quod Essenos, qui coniuges, ab iniugibus una illatantum de matrimonio sententia differre asseruerit Iosephus num. 51. Quinto, quia istud cœnobiticæ vitæ genus Pythagoricum esse docent Laertius & A. Gellius lib. 1. c. 9. ut supra vidimus. At suos Essenos Pythagoricis esse similes, antea nobis cecinit Iosephus.

ALTERVM: De iisdem Essenis practicis, vitaq; communis sectatoribus, iis tamen solis, qui essent cœlibes; agit duobus in locis Philo, in Apologia scilicet, ac in libro de probi hominis libertate: de aliis vero, qui præstantiore modo Theoretici, vitaq; solitaria cultores fuerunt; in libro de vita contemplativa. Vtraque istius enunciati pars præclarè in postremi huius libri primo statim limine visitur, ubi sic: Postquam de Essenis differui (in libro scilicet antecedente, qui est de vera probi hominis libertate) qui vitam amant & exercent actiuam in omnibus, aut, quod minus inuidiosum dictu est, in plurimis partibus excellentes: iam & de iis, qui theoriam seu contemplationem salutant, ordinem tractationis huius sequitur, dicam qua oportet. Quæ vero in Apologia sint, reac-

pene

pene verbis cum iis, quæ in illo de probili-  
berrate traduntur, cotigruunt. Patebit vero  
tam hoc, quam eadem viraque iam statuti e-  
nunciati pars, ex ipsiusmet Philonis verbis,  
quæ huc iam accesso, ut eorum, & cum Iosepho,  
& inter se fieri quam commodissime  
possit comparatio. Nam certè illustrari pos-  
test ex altero alteruter.

## CAPUT XIV.

*Philonus ex Apologia, de Practicis, seu cetera-  
bitis Essenis verba.*

**I**Nnumerabiles, inquit Philo, eorum, qui  
clarisunt, ad vitæ communitatem reliquit *Effas unde*  
legislator noster, qui sanè vocantur *Effazi*, ea *dicit, & sed*  
*nomenclatione à sanctitate;* ut mihi quidem *præ l. 3. c. 1.*  
videtur, dignati.

**I.** Incolunt profecto multas Iudeæ urbes, *Quæ loca*  
multos vero vicos & magnos, numerososque  
hominum cœtus. *incolant.*

**II.** Est vero ipsis institutum hoc, non ex *sponete hoc*  
genere (hoc enim in iis, quæ sponte deligun- *Vita genitrix*  
tur, non recensetur) sed ex incenso virtu- *delegunt.*  
tis amore seu zelo, humanitatisque defi-  
derio.

**III.** Effæortum igitur nemo valde infans *Quæ ipse*  
est, sed neque puerilens, aut adolescens quia *atate,*  
horum mores ad ætatis ipsorum imperfectio-  
nem conformantur, similiterque pueriores  
funt:

sunt: Sed viri sunt perfecti, & ad se habeant etiam declinantes, qui neque a corporis defluxu inundantur, neque ab animi perturbationibus aguntur: libertatem minimè mendacem, sed verè solidam, velut fructum colligentes. Testis vero libertatis ipsa eorum vita.

*In propri  
uscul.*

IV. Eorum nemo ferre potest, ut omnino quidquam, quod ei proprium sit, habeat, neque domicilium, neque seruum, neque agrum, neque pecora, neque alia villa, quæ ab opibus preparari ac suppeditari solent, sed in medium ponentes omnia communi utilitate fruuntur.

*Socialē  
simul &  
tiam agant.*

V. Habitant vero secundum factos quoddam cœtus simul, facientes sodalitia, & coniunctus, omniaque pro communi bono nauiter satagunt. Alia vero aliorum sunt negotia, ad quæ impigne se accingentes decertant, non gelu, non astutia, non alias acris vicissitudines causati.

*Manuaria  
trahant  
opera.*

VI. Priusquam vero sol oriatur, ad consueta sua opera conuersi, vix ubi ille occidit, reuertuntur, lætitia non minore, quam qui in gymnicis certaminibus probantur, exultantes. Existimant enim eas, in quibus seipso exercent, exercitationes ad vitam esse utiliores, & animo, corpori, iucundiores: ac multo iis, quæ in certaminibus sunt, diuturniores, cum una cum corporis vigore simul haud

marce-

marcescant ac pereant. Sunt enim certi quidam agricolæ serendi, terratiq; colendi periti: hi verò pastores, pecorumque omnis generis magistri ac dutes: Quidam verò apum siluearia curant: Alij aliarum artium opifices sunt, vt eorum, quæ necessarij usus coguntur, nihil molestiam afferat, nihilque requiratur, quod ad reprehensionis expertem necessariarum rerum copiam ac suppeditationem pertineat.

VII. E tam diuersis verò operibus mercantibus se sustentant, quam vni constituto questus sentantur. Ille vero statim, quæ consentanea boribus sunt, emit, cibosq; copiosos, & alia quorum indigantur humana via, præbet.

VIII. Hi verò eiusdem viuendi rationis *Fragiles.*  
& mensæ consortes quotidie sunt: iisdem rebus libenter utentes, parcimoniae amatores, terum abundantiam, tanquam animæ copotisque morbum, auersati.

IX. Neque verò mensa tantum, sed vestis etiam iis communis est. Assunt enim iis hymen quidem crassæ, asperæque læræ, æstate autem exomides viles ac tenues, vt facile sit, quam quisque velit accipere. quia & quæ vnius sunt, omnium sunt, & quæ omnium, viciissim vnius sunt.

X. Et sane si eorum unus aliquis ægrotet, *Cura agrorum mandata.* ei è communibus remedia præstantur, omniumq; officiis ac sollicitudinibus curatur.

**XL.** Ceterum senes, etiam si liberis careat, quasi ramen non liberis tantum, sed & liberis bonis abundaret, in beatissima, opimissima que senectute vitam solent finire. cum a tam multis cura & honore digni habeantur, & quidem ab iis, qui voluntario decreto magis quam naturæ necessitate illos curare eu-  
piant.

*Amplius  
Exoribus  
abhorreter.* **XII.** Ad hæc, quod vnum societatem, vi-  
tæque communionem dissoluturum acutius prospiciebant; nuptias declinabant, simulq;  
continentiam eximiè exercebant. Esseorum enim nullus vxorem ducit. quia fœmina est  
quiddam suipius amas, & zelotypum haud  
mediocritet, viq; magna pollens ad viri mo-  
res labefactandos, assiduisque incantamen-  
tis subiiciendos. Vbi enim assentatorios me-  
ditata fuerit sermones, fucumq; alium, quasi  
cum in scena oculos, auresque inescarit, de-  
ceptis iam subditis, ipsam quæ princeps est,  
mentem fallit. Liberi vero si sint, fastu iam &  
confidentia plena, quæ per ironiam prius la-  
tenter insinuabat, ea proteriore iam auda-  
cia postulat, & ad impudenciam prouecta, co-  
git facere. quorum sane quodlibet vitæ com-  
munitati inimicum. Qui enim vel vxoris  
philtris illigatus est, vel filiorum, ex naturæ  
ipsius necessitate, curæ addictus est, is vero  
non amplius ad alios idem est, sed alius est:  
factus etiam nesciens, ex libero seruus

**XIII.**

XIII. Hæc igitur eorum, quæ contentio-  
ne magna expetitur, vita est, adeo ut non pri-  
uati tantum, sed magno etiam Reges viros  
istos admirati obstupefcant, talisq; vita ma-  
iestatem approbationibus ac honoribus va-  
ncerentur. Hæc Philo:

## CAPUT XV.

*Allia eiusdem Philonis de iisdem Prædictis;  
sive cœnobitis Eſenis; ex libro de viri  
probis libertate, verba?*

Primo: Neque verò Syria, quæ in Palæsti-  
na; honestatis ac virtutis sterilis est, quam <sup>Quanta</sup> *Eſeniorum*  
numerofissimæ Iudæorum gentis non patua <sup>Copia</sup>:  
pars possidet. Dicuntur verò apud ipsos qui-  
dam nomine Eſæi, multitudine supra qua-  
tuor millia, qui meo quidem iudicio, non ac-  
curata Græcæ linguae forma, nomen à sancti-  
tate mutuantur: quia & in his maximè Deli-  
cultores existunt, non qui pecudes sacrificat,  
sed qui ut suas ipsorum mentes sanctitate or-  
nent, conantur.

II. Hi primùm vicatim habitant, ut viles sū-  
giunt propter familiaria earum ciuibus vitia:  
gnari non minus ab iis, qui nobiscum agunt,  
periculi esse, quam ab aere corruptio, & pesti-  
lente, propter immedicablem; quæ animis  
iniicitur, contagionem. <sup>Extrahunt  
morantur  
libertatem.</sup>

III. Eorum quidam tractat agricultutam; <sup>Varia eorum  
alij opera.</sup>

alijs vero eas artes, quæ pacis adiutrices, sicutq; fibimur, proximisque profunt: non argentum & aurum in thesauris custodientes, neque magna terræ segmenta, prædiave possidentes, ob redditum cupiditatem, sed quæ ad necessarios vitæ usus pertinent, comparant.

*sponsa pauperes.  
uxoribus  
xviij. a. d. i. p. o.  
m. s.*

IV. Hi enim ex omnibus pñè hominibus soli, absq; omni pecunia, omniq; possessione sunt, & instituto magis, quam felicitatis penuria ditissimi existimantur. iudicantes, id quod reuera est; paucis esse contentū, & in cibis minimè fastidiosum, id verè esse summis opibus abundare.

*Arma non  
eradant.*

V. Tela, iacula, gladios, galeas, thoraces, scuta, nemao apud eos fabricat, sicut nec armæ cætera, nec machinas, aut aliud quidquam bello utile: imo ne ea quidem studia repetias ibi, quibus in pace facile abutuntur homines. Negotiatores, institores, naucleros ne in somnis quidem viderunt, subtrahendo materiam auaritiae.

*Liberi libe-  
rè sibi mu-  
tuo seruitus.*

VI. Seruus apud ipsos ne unus quidem est, sed liberi omnes ministrant sibi inuicem: dominationem dampnant ut iniustam atque impiam, repugnantem iuri naturæ, quæ omnes ex æquo genuit, educauitque tanquam mater germanos fratres reuera, non solum nomine: eam cognationem labefactam, conuulsamque insidiis auaritiae, huius operâ inductam, pro familiaritate, ab alienationem animi,

animi, & odium pro benevolentia.

VII. Philosophiae partem ratiocinatricis,  
ut parandæ virtuti non necessariam, relin- Logicae scilicet  
egentia,  
quæ verborum venatoribus: eam verò,  
quæ naturam scrutatur, sublimiū rerum fa- Eg. phys.  
bulatioribus, ut humano captu sublimiorem, causam.  
nisi quatenus de ipsius Dei existentia, & de Ethicorum  
ipsius vniuersi creatione differit. In sola mo-  
Theolo-  
rati se exercent, legibus patriis, quas non po- giamque  
sunt auctoritate.  
test concipere humanus animus, absque af-  
flatu numinis, tanquam aliptis ac Magistris  
vtentes.

VIII. Has, inquam, patrias leges edocen- Maxim  
tur etiam alio quidem tempore, sed in septi- sabbatis, sed  
mis diebus seu sabbatis, excellenter. Hacce- scilicet die-  
nim dies septima, sacra illis existimatur.

IX. Eo die ad sacra venientes loca, quæ Quæ sabbatis  
*synagoge* vocantur, secundum ætatis rationem terram a-  
in quibusdam ordinibus, infra seniores con- sonces.  
sident iuniores, eum decente modestia, fere,  
prout auditoribus consentaneum est, siue di-  
scipulorum more, habentes.

X. Vnus quidem aliquis libros accipit, &  
legit: alius vero ex iis, qui peritissimi sunt, ea  
quæ obscura sunt, explicat & docet. Plurima  
enim ipsi ex antiqui moris amore ac imitatio-  
ne; per symbola philosophantur.

XI. Doctor verò pietatem, sanctitatem,  
institutam, cœconomiam, politiam, ac scien-  
tiam eorum, quæ retinera bona sunt & mala,

S. g. itemq;

itemq; rerum indifferentium, vt quas oportet, eligant, contrarias fugiant, eamque ad rem tribus utuntur legibus ac regulis, nimirum τῷ φιλοδίῳ καὶ φιλαρέτῳ, καὶ φιλανθρωπῳ, id est, 1. Dei amore. 2. virtutis amore. 3. humanitatis amore.

Tres carissim  
mores τῷ φιλο-  
δίῳ καὶ φι-  
λαρέτῳ.

1. τῷ φιλό-  
δίῳ.

XII. Ac primi quidem illius in Deum amoris indicia præbet innumera per vitam totam continua, neque vñquam interrupta castitas, puritas, iurisiurandi, mendaciique omnis fuga, & illa de Numine opinio, esse ipsum bonorum omnium causam, malivera nullius.

2. τῷ φιλάρε-  
τῳ.

XIII. Secundi verò amoris, qui erga virtutem erat; argumenta sunt, non amare pecuniam, non gloriam, non voluptatem. Et ipsa continentia, fortitudo, insuper in se tenui æquabilitas, simplicitas, facilitas, demissio, constantia, legi consentanea viuendi ratio, & quæ his similia.

3. τῷ φιλαν-  
θρωπῳ.

XIV. Tertiij amoris, qui humanitatis amor; signa sunt, benevolentia, æqualitas, & quæ omni sermone maior, communio, sive communis vitæ societas, de qua non intempestiuum pauca dicere.

Commune  
socium.

Et socius.

XV. Primò igitur neminius vnius propriū aliquod est, quod non omnium esse contingat, domicilium. Nam præterquam quod per contubernia quædam simul habitant, aper- ta sunt eorum domicilia, etiam iis, qui aliunde

liunde adueniunt, eiusdemque cum ipsis instituti sunt.

XVI. Penaria cella vna eademque omnibus, iijdem sumptus, communes etiam uestes, communesque cibi omnium simul conuenientum. Nam eiusdem tecti, vita, mensa que societatem non inueniat quisquam apud alios opere magis confirmatam. Et merito quidem.

XVII. Quidquid enim lucrantur è quotidianis operæ mercedibus, non sibi quisque seruat, sed in medium conferendo, cuicunque volenti fruendi potestatem faciunt.

XVIII. Qui verò argotant, non ideo quod victum querere iam non queant, negliguntur, sed è communibus bonis habent in promptu morborum remedia, & adiumenta.

XIX. Reverentia verò erga Seniores & cura talis est, qualis esse potest germanorum liberum erga parentes, quorum illi, manibus curisque innumerabilibus in omni rerum abundantia senectutem alunt ac sustentant.

XX. Tales virtutis athletas reddit Philosophia hæc, absque omnibus curiosis, & ambitiosis Græcorum vocabulis, exercens eos in laude dignis actionibus, quibus certa perpetuaque libertas constabiliatur, id compertum, est in multis, & variis temporum difficulta-

S 4 tibus,

tibus, sub tyrannide potentiorum diuersis  
præditorum ingenii. ex quibus alij conati fe-  
roces bestias immanitate superare, nullam o-  
miserunt crudelitatis speciem, gregatim ma-  
etando subditos, & laniorum more, viuos  
frustatim concidendo : nec prius finis fuit,  
quam in easdem calamitates incidere, vindi-  
cante diuina prouidentia. alij vero suam ra-  
biem celantes diuerso malitia genere, acer-  
bas clades dederunt, placido sermone, susur-  
risque clangulariis dissimulantes odium, ca-  
num maleficorum more blandiendo, mox-  
que infigendo mortis insanabiles, vt oppi-  
darim monumenta impietatis suæ relinque-  
rent ad perpetuam afflictionum memoriam,  
nemo tamen vel è crudelibus illis, vel exal-  
teris fucatis ac subdolis, valuit modo dictos  
cœtus Essorum siue sanctorum in culpam  
inducere, sed omnes discesserunt vici vir-  
tute horum virorum, laudantes eos, vt li-  
beros, & sui iuris, quod à natura profectum,  
homines: eorumque item decantantes con-  
victum, & omni sermone præstantiore re-  
cum communionem, quæ vitæ perfectæ,  
admodumque felicis evidentissi-  
mum argumentum  
est.

Cap.

## CAPUT XVI.

*De Theoreticis Essenis, que in libro de rebus  
et contemplatione idem Philo.*

**V**bi de eorum, quæ de istis miranda sunt,  
scripturus esset, veritate p̄fatus est  
Philo; agit,

I. *De ipsorum nomine, ut supra.*

II. *De facultatum relictione.* l. 3. c. 8. &c. 2.  
ad hoc vissim  
institutum  
super spacio  
se accedunt. Huic vita instituto, qui se addicunt, non ex amore; aut regati id faciunt, sed amore correpti rerum cœlestium, & quasi furore diuino perciti, ac lymphati, donec ad contemplationem illam desideratissimam perueniant. deinde p̄e immortalitatis, beatæque vita cupidine, quasi iam hac mortali defuncti facultates suas relinquunt liberis, aut cognatis, vtrò eis possessione cedendo, atque etiam sociis & amicis, si cognati desint. Omnia res  
linguae.

III. *De cognatorum, natalisq; soli desertione.* Vxores, pro-  
pingnos, amicos deser-  
runt. Relictis, ait, facultatibus, & auocamentis omnibus, fugiunt sine ullo respectu, fratres, liberos, parentes, vxores: & deserunt numerosas cognationes, societas, amicitias, ipsas denique patrias, in quibus geniti; educatione sunt, quandoquidem consuetudo, magnum nunguam momentum habet ad allestantos animos. quæ illos per-  
trifugere,  
est retrò nō  
espiceret.

IV. *De locis universè, ubi habitant.* Demigrant autem non in aliam ciuitatem, sicut

S. s. serui, fugentes.

serui, qui se vendi heris alii impetrant, miseri, vt qui seruitutem mutant, non effugiunt. Quaevis enim ciuitas, vel optimis ornata legibus, plena est tumultu plurimo quem nemo sapiet, & electator sustineat. Sed extra moenia degunt in hortis ac villis solitariis, amantes solitudinem, non hominum odio, sed ad cauendos congressus cum dissimilibus, quos sciunt moribus bonis officere.

*In multis orbis terra. am parib. degunt.* V. An alibi extra AEgyptum habitent? Hoc genus reperitur in multis orbis regionibus, meritò vt absolutæ probitatis receptu à Græcis atque Barbaris, vel vt apertius Philonis verba vertit Eusebianus Interpres cap. 17. lib. 2. Oportuit enim boni perfecti Graciam & Barbarum populum participem esse.

*In AEgypto orope Ale- xandriam.* VI. Vbinam in AEgypto. Maximè tamen in AEgypto frequentatur per præfecturas singulas, præsertim circum Alexandriam. Ex omnibus autem locis optimus quisque Therapeutarum, tanquam in hujus generis patria, colonus mittitur in locum quendam aptissimum, situm ad stagnum Mariam, in terreno colle acclivi leniter, tutum simul & laudatum ab aëris temperie. securitatem enim ei praestant villæ vicique proximi: aerem vero temperat emissarium stagni exonetatis se in mare, & auræ nunquam non ex alto aspirantes tenuiter, sicut crassiores feruntur e stagno, quibus permixtis temperamentum existit saluberrimum.

VII.

VII. *De ipsorum domiciliis.* Domicilia verò *Domum* conuenarum, sunt admodum frugalia para-ta contra æstum tantummodo & frigora, nō contigua, vt in vrbibus. Non enim placet id amantibus solitudinem: nec tamen longè remota, quia societatem diligunt, vt sibi possint inuicem succurrere contra latronum incurfus fortuitos.

VIII. *De sacris eorundem ediculis.* In qualibet, inquit, eorum habitatione sacrum ædificium est, quod *templo* *perior* *et* *meorasterior* vocatur. *Semina*  
*monasteria.*

IX. *Quid in huiusmodi monasterio.* In eo se-iuncti ab aliis ac solitarij, sanctæ vitæ dant operam, nec cibi potusve quidquam eò infestantur, aliudve in usum corporis, sed legem tam & Prophetarum oracula diuinitus prodita, hymnosque, & quædam alia pietati, scientiæque promouendæ utilia. itaque perpetuam habent Dei memoriam, vt ne in somnis quidem aliud eis obuersetur, quam imagines diuinorum pulchritudinum: & sunt in his, qui somniando produnt præclaras sacras Philosophiæ sententias.

X. *Quæ quotidiana diei transactio.* Quotidie Diem se-bis precari solent, mane ac sub vesperam: ex-transigant- riente sole petentes diem verè felicem, vtque mentes eorum cælesti repleantur lumine: occidente verò, vt anima in totum exonerata sensibus, moleque rerum sensibilium veritatem vestiget in consistorio domestico. Mediū

*verò marutini, vespertinique temporis interstium totum meditationi attribuitur. Versantes enim sacra volumina, dant operam Philosophiæ per manus acceptæ à maioribus, scrutando eius allegorias, quoniam sub apertis verbis latere credunt secreta naturæ, conjecturæ explicanda probabilibus. Habent etiam priscorum commentarios, qui huius se-ctæ auctores multa reliquerunt monumenta de allegoriis eiusmodi, ad quorum imitacionem se accommodant. Itaque non solum contemplantur, sed etiam cantica, hymnosque in Dei laudem componunt, vario metrorum carminumque genere, rythmis concinnatos in augustiore ac religiosam specie. Per sex dies seorsum quisque in suis illis modo dictis monasterii philosophantur, non progradientes foras, imo ne prospicientes quidem.*

*Sabbataria  
religio.  
sæc. xv  
vñlosoñ*

X I. *Quid sabbatis agere soleant. Septimo die conueniunt in cœtum communem, & iuxta ætatis ordinem cōsidunt decenti habitu, manus continent sub pallio, dextram inter pectus barbamque, sinistram applicatam lateri: tum progreslus in medium natu maximus, & dogmatum eius sectæ peritissimus, differit vultu ad grauitatem composite, voce mode- rata, non sine magna prudentia, secus quam Oratores, aut ætatis nostræ Sophistæ, ostentatores eloquentias, ut quibus cordi magis sunt*

sunt exquisitæ sententiaz, diligensque & accurata harum enarratio, quæ non summis insidat auribus, sed per auditum penetrat in animum, ibique firmiter inhæreat. Reliqui omnines auscultant per summum silentium, annostantes oculis tantum, aut capite.

XII. *Qua communis semne forma, & quomodo in eo etiam sacra versentur fæmina.* Id commune <sup>ad uirilis et</sup> semneum, in quod septimo quoque die <sup>periclor.</sup> conueniunt, septo claudetur duplici, separatis virorum & mulierum cætibus. Nam mulieres quoq; simul auscultant ex more, duntaxat que institutum idem sectantur. medium autem paries à solo surgit tribus quatuorve cubitis, in modum loriculæ. Superiora usque <sup>rum.</sup> ad teclum patent. Vnde gemina prouenit comoditas, & quodd pudori fæminæ sexus consultur, & quodd verba doctoris exaudiuntur facile, absque ullis obstaculis, quæ vocem eius intercipient.

XIII. *Quanta eorum temperantia, ieiuniorum & severitas.* Temperantiaz tanquam fundamento in anima iacto virtutes cæteras superstruunt. Nec cibum, nec potum quisquam sumit ante solis occasum, quodd sapientiaz studium luci conuenire iudicent, tenebris <sup>Vigilia.</sup> verò curam corporis. ideo totos dies alteri, alteri verò exiguum noctis partem tribuunt. Nonnulli ex his vix tertio quoq; die famem <sup>taimis.</sup> sentiunt, attenti magis ad disciplinarū scientiam.

tiam. nec desunt, qui prælautè accepti epulò sapientiæ copiosè præbentis sua placita, perdurent duplum eius temporis, & vix sexto die degustent cibum necessarium, ita iam assueti, sicuti cicadæ aere dicuntur viuere, canticis, ut opinor solantes, inediam, leuem facilemque reddentibus.

*Si iudeas  
in viis ipsorum regni  
et amicorum.*

XIV. De Sabbatorum celebratione. Septimū verò diem, ut festum sacratumque, honore dignantur eximio, quo post curam animi, corpus quoque reficiunt: sicut iumento relaxantes laborem continuum.

XV. De victus ratione. In cibatu vivuntur pane simplici. sal vicem supplet obsonij: Qui delicatores sunt, hyssopum pro condimento adiiciunt. Potum è fluentis hauriunt: contenti placare dominas à natura mortaliibus additas, famem, sitimque: absque omnibus lenociniis fruendo rebus, sine quibus non licet viuere. Edunt igitur ne esuriant, bibunt ne sitiant, saturitatem cauendo, ut inimicam animo, pariter & corpori.

*Prestos.*

XVI. De ipsorum amictu. Et quoniam tegminis quoque duæ sunt species, vestis, et cætumque: de ædibus iam dixi, esse incultas, & extemporaneas, factas ad præsençem usum tantummodo. In veste autem eadem appetit simplicitas ad arcendos calores & frigora: Pro pelliceis crassa tunica in hyeme, æstate verò exomis, aut interula linea. In vniuersum enim

enim exerceat modestiam, ut fontem veritatis, sicut è fastu mendacium prognatum autumant: Profluunt enim è mendacio variae malorum species, contrà ex veritate omnium felicitatum humanarum diuinarumq; copia:

XVII. De festis quibusdam eorum conuiuiis. *sacra ès-  
Hi numeros in primis obseruando, post se-  
ptem hebdomadas elapsas, conuentus suos  
inſtaurant: venerati non ſolum ſimplicem  
ſeptenarium, ſed & vim eius multiplicitam.  
Cæſtam enim ſciunt hebdomada, & ſempre  
virginem. is dies profectus eſt maximæ festi-  
tatis incidentis in numerum quinquage-  
narium ſanctissimum, & naturæ gratissimum,  
constantē ex vi rectangularis trianguli, quod  
eſt initium generationis rerum omnium.*

*Pridianus  
Pentecostes.*

XVIII. Vbi vero conuenere candidati &  
laeti cum ſumma grauitate, ad ſignum datum  
& quopiam Ephemerita (ſic huiusmodi mi- *Sic ephemo-  
niftros nominant) priusquam diſcumbant,  
ſtanties una ſerie decenter, ſublatisque ad cæ-  
lum manibus, atque oculis (his quoniam di-  
dicerunt ſpectare cæleſtia, illis utpote incor-  
ruptis à muneribus, & à quaſtu illico) pre-  
cantur, ut Deo placeat id cotuiuum.*

*ria Lue. 1. 6.  
8 Et i Pa-  
ral 9.  
Anterquum  
proces.*

XIX. Absoluti precibus ſeniores diſcumbunt, ac mox alij pro cuiusque dignitate. Nec enim ſeniores ex antis aſtūnant, ſed quantumlibet grandæuos habent pro pueris, ſi ſe-  
rō inſtitutum hoc complexi ſunt. Honorem  
vero

verò selectutis tribuunt his, qui exercuerint se à iuuentute, in hac pulcherrima, diuinaque parte contempliū Philosophiæ.

*Efēsia Vir-*  
*gines, sén-*  
*anus plerque,*  
*sed virgines, quibus non coa-*  
*digētū ad e-*  
*dis.*

*Vide Lipsiā*  
*lib. de Ve-*  
*Balibm. c. 5.*

Gr. 13.

XX. Adhibentur mensæ fœminæ quoque, & castitas, sicut apud Græcos quædam sacrificulæ, sed sponte continentes præ amore sapientiæ, cuius studio per totam vitam contemperunt voluptates corporis: nimirum diuinæ, non mortalis prolis cupidæ, quam solæ Deo charæ animæ ex seip̄sis pariunt, excipientes pro semine intelligibiles patris radios, ut decretas sapientiæ contemplando percipere valeant.

*Ordo dif-*  
*cumbendi.*

XXI. Discubitus ita distribuitur, ut seorsim viri dextrum latus, seorsim fœminæ sinistrum teneant. Quod si quis suspicatur lecternia, et si non sumptuosa, certè molliuscula parati hominibus ingenuis, & Philosophiæ deditis, sciat esse tegetes rudes è vili contextas materia, videlicet è papyro indigena, sic humili aggetas, ut eminendo fulciant cubitos. Remittunt enim iam paululum illam Laconicam disciplinæ duriciam: semper & ubique probantes liberalem frugalitatem, totis viribus auersando voluptatis illecebras.

*Omnes libe-*  
*ri ac inge-*  
*nui.*

XXII. In ministerio non utuntur mancipiis, quandoquidem seruitutem cum natura omnino pugnare autemant. Nam ea liberos omnes genuit, sed huius legum contemptrix auari-

ānatitia, fontem malorum inæqualitatem ei  
preferens, infirmioribus necessitatem impo-  
suit, vt iussa potentiotum facerent. Cæterum  
in hoc sacro conuiuo nemo, vt dixi, seruus  
adest. ministrant ingenui: & sponte quidq' uid  
opus est faciunt, iussa non expectando, sed  
præueniendo alacritate voluntaria. Non e-  
nim quibuslibet ingenuis delegatur id offi-  
cium, sed habito delectu ex omni sodalitatis  
huius iuuentute, vt quisque aliquod præcla-  
rum indolis ac virtutis specimen edidit. Hi  
tanquam germani filij patribus & matribus  
libenter & certatim ministrant, communes  
eos æstimando parentes, & quidem iis patē-  
tibus, quos sanguis & natura dedit, propio-  
res atque coniunctiores. Quandoquidem re-  
cte sentientibus virtute nihil est coniunctius.

XXIII. Discincti autem, & promissis tu- *Ministran-*  
*nicis, accedunt ad ministrandum, vt absit q-* *tum haben-*  
*mnis seruilis species ab hoc coniuuio. Scio* <sup>\*\*\*</sup> *q*  
*quosdam his auditis risuros, dunitaxat eos,*  
*qui deflenda ipsi, lamentisq; digna faciunt.*

XXIV. Vinum per illos dies non præbe- *Aqua po-*  
tur, sed aqua limpidissima, cæteris frigida; ca- *tar.*  
lida verò his, quibus inter seniores molliore, *Mēsa pura*  
commodioreque diæta opus. Mensa pura est *reçōrēzān-*  
a cruentis dapibus. Pro cibo panis apponitur: *gāgā tām*  
sal pro obsonio: & pro condimento interdum *īraipen.*  
apparatur hyssopus in delicatorum gratiam.  
Quemadmodum enim sacerdotibus, vt so-

T brij

brij abstemiique sacrificent, sic istis, ut vitam cedem modo totam agant, recta præscribit ratio. Nam vinum habent pro veneno affrente dementiam. Opiparis autem obsoniis aiunt irritari concupiscentiam, quæ bellua est insatiable. Hæc sunt exordia conuiuij.

*Spiritales in  
mensa epu-  
la.*

XXV. Dicat aliquis. Quid tum postea- quam conuiuis ordine suo discubcentibus adstiterunt ministri decenter parati ad obse- quium? nullane sequitur compotatio? Imo silentium maius, quam antea, ita ut ne muti- re quidem cuiquam liceat, aut respirare ve- hementius. Proponit quispiam quæstionem e sacris litteris, aut etram soluit ab alio propo- fitam, nihil de solutione solicitus. Nec enim captat laudem argutiarum, aut eloquentiæ. hoc tantum agit, ut rem diligentius perspi- ciat, tum perspectam non inuideat iis, qui mi- nus quidem perspicaces sunt: pari tamen fere discendi cupiditate flagrant. Atque ita iste im- moratur doctrinæ, subinde inculcans, impri- mensque animis præclaras sententias variis vtens repetitionibus. Nam alioqui, dum ei- ius qui solerter, & uno spiritu multa conti- nuat, interpretationem tardior auditorum mens assequi non valet, à tergo relinquitur, nec satis audita percipit. Omnes vero audito- res ad illum unum differentem arresti, in vi- no eodemque habitu permanentes, anscul- tant: & intelligere se autu, vultuque indi- cant:

cant: probare verò, hilaritate ac exorrectis frontibus: interdum & dubitare, hærereque moto leniter capite, summoque dextræ digito. Nec minore attentione iuniores, qui discubentibus adstant, audiunt.

**XXVI.** Expositiones autem sacrarum litterarum constant ex allegoriis. Nam hi viri totam legem existimant habere animalis similitudinem, quod oratio ipsa dictiōnumq; contextus corpus referant, animam verò sententiæ retrusiores sub velamine verborum abditæ: in quibus rationalis anima egregiè, quæ intima sunt contemplatur, tanquam in vocabulorum speculo miram sententiarum pulchritudinem conspicens, & explicans è figurarum inuolucris: atque ita penitorem intellectum in lucem iis producens, qui exi-  
guo admonitu possunt obscura ex apertis col- ligere.

**XXVII.** Vbi vero Præses visus est, rem be- Post corporis  
ne tractando, satisfecisse auditorum deside- ansmiq; ci-  
rio, pl: usus propalam editur ab omnibus, vt būm, quid?  
qui ob illud, quod obscurum antea, nunc ve- : ut pōsīdōs.  
xo explicatum perspicitur, simul gaudeant. Tum ille assurgens hymnum in laudem Dei  
primus canit, aut recens à se compositum, aut  
desumptum ab aliquo vatum veterum. Me- Carmirum  
tra enim reliquerunt ipsis Poetæ, & carmina Variagene-  
versuum trimetrorum, prosodiorum, hym- ra, do que-  
norum, parapondeorum, parabomiorum, bns Iul. S. i.  
l. 1. Poetics

T 2 stas- e. 9. Et alij.

stasimorum, chororum, strophis, polystro-  
phis accurate perfectorum. Præfulem mox  
imitantur ceteri decenti ordine, omnibus in-  
tentè, quieteque auscultantibus præterquam  
in fine hymni extremaque clausula. Tunc e-  
nimir vniuersi vocem extollunt sine sexus dis-  
crimine.

ταὶ ἀρρε-  
λάστικης  
ἰφύμων.

ἱαγία πρό-  
ρατη.

**XXXIII.** Absolutis hymnis singulorum, iuniores dictam paulo ante mensam efferūt, in qua ritè cibus ille sacratissimus, panis fer-  
mentatus cum sale apponitur & hyssopo ob-  
reuerentiam sacræ mensæ dedicatæ in templi  
vestibulo. Nam & in ea solent proponi pa-  
nes cum sale, absque condimento alio: sed  
panes non fermentati, & sal sine villa mixtura.  
Decebat enim ea quidem, quæ simplicissima  
sunt & purissima optimæ sanctorum parti at-  
tribui, liturgiæ, seu ministerij præmium: alios  
verò similia imitari, abstinere tamen ab his  
panibus, ut prærogatiuam quandam habeant  
meliores.

Post cœnam  
sacraperiu-  
gilatio.  
ἱερὴ παρα-  
χισ.  
ἵηγμανης  
ἴεποχος.

**XXIX.** Cœnam verò sequitur sacrum  
peruigilium his ritibus. Vbi omnes consur-  
rexere, duo chori sunt in medio cœnaculi,  
alter virorum, alter fœminarum. cuique suus  
dux & præfectus deligitur, honore præstan-  
tissimus & canendi peritia. Deinde cantant  
hymnos in laudem Dei compositos, variis  
metrorum, carminumque generibus, nunc  
partim quidem simul consonantes, partim  
anti-

antiphonis seu alternis concentibus cum de-  
coro manuum gestu modulantes, & saltan-  
tes, & diuino correpti numine. Tunc enī  
prosodia, tunc stasima, & strophas, quas res  
vlsusque postulat, & antistrophos faciūt. De-  
inde postquam vterq; chorus seorsim expla-  
uit se his deliciis, quasi qui in bacchat' onibus  
meracum amoris diuini hausissent, permis-  
scentur; & è duobus choris vnum sit, qui imi-  
tationem cōtineat illius olim instituti in ru-  
bri sinus littore propter admiranda illic facta  
prodigia. Mare siquidem Deo iubente alteris  
salutem, alteris perniciem extremam attulit.

XXX. Producta usq; matutinum hac co-  
messione honestissima, neque grauati cra-  
pula, neque nictantes sed excitatores, quam  
cum venirent ad conuiuium, verso ad auro-  
ram vultu; totoque corpore quam primum  
solem orientem aspiciunt, felicem diem &  
veritatem, perspicacemque mentis aciem si-  
bi compreccantur. atq; ita preccationibus ab-  
solutis, ad suum quisque semneum secedit, &  
ad negociaconem, culturamque consuetæ  
philosophiae.

XXXI. Concludit demum Philo sic: Haec-  
nus de Therapeutis, qui naturæ contempla-  
tionem salutant, & in hac animaque sola to-  
ti viuunt, cœli & mundi ciues, patri condito-  
rique rerum, propter suam virtutem, verè  
comendatissimi, quæ illius amicitiam ipsis

*Post perni-  
gationem  
preces in  
aurora.  
wpos th̄iū  
rālis.*

conciliauit, præmium bonitatis maximè proprium. cum hoc proposuisset omni fortunæ prosperitate melius esse, ad ipsum quo felicitatis apicem ac fastigium pertingere.

## C A P V T XVII.

*An Esseni fuerint Christiani?*

**E**Visse Christianos negant Nouatores pæne omnes, sed præcipui, Magdeburgen-  
ses quidem centuria 1.lib.2.cap.3.Iunius con-  
tra Bellarminum libro 2.de Monachis cap. 5.  
Iosephus Scaliger in 2.editione de emenda-  
tione temporum bis. primò quidem in Pro-  
legomenis, deinde libro 6.Qui verò ad vete-  
rum sententias adhærescunt, prout æquum,  
libentius, Christianos illos *aiunt* fuisse, vt  
Matthæus Galenus lib. de origine Monasti-  
ces, Baronius Tomo 1.Bellarminus loco cita-  
to, Gretserus Apologia 1. & 2.pro vita B. Pa-  
tris nostri Ignatij. Ut autem explicatior, lim-  
pidiorque perobscuræ quæstionis huius elu-  
ceat veritas, triplicis adhibenda distinctionis  
fax.Primò enim Esseni vel sunt, vti dictum ha-  
etenus, Practici vel Theoretici. Deinde, vel  
considerantur ante sacram Christi Domini  
& Apostolorum prædicationem, vel post.  
Tertio denique vel secundum Philonis, vel se-  
cundum Iosephi propositas antea imagines  
iudicem spectantur Esseni. Aio igitur tria.

*Distinctio  
triplex.*

1.

2.

3.

*Conclusio  
triplex.*

I. *Esseni Practici, ante CHRISTI Domini,*  
*sanc-*

sanctorumq; Apostolorum prædicationem, fuerunt, ut supra probatum: & tamen tam prout à Philone, quam prout à Iosepho describuntur; non fuerunt Christiani: possetque de Theoreticis à solo Philone depictis idem dici, si qui tunc fuissent. Patet ex ipsa verborum vi, dummodo proprio & usitato more, Christianorum nomen accipiatur, non illo, quo omnes, qui vera unquam in Deum fide prædicti fuerunt, Christiani quandoque appellantur, de quo lib. i. hist. Eusebius cap. 4. Priusquam enim sacrum populis Euangeliū CHRISTVS Saluator, & Apostoli enunciarent, Christianorum neque disciplina, neque nomen erat.

II. Essenorū Præticorū, qui apud Iosephum ac Philonem, vt antea constitutum, iidem sunt; Post Christi Domini & Apostolorum prædicationem, plurimi quidem salutarem CHRISTI Domini fidem amplexi fuerunt, non tamen omnes. Prior pars mihi ipso Pentecostes die Actorum 2. videtur confirmata maximè. Posterior verò probatur. Eam enim primò testatur citati alia occasione antea Philastrius, Nilus, & Suidas: deinde Iosephus lib. 2. Capt. c. 12. dum ait, in Iudaico contra Romanos bello, Essenorū multos exquisitissimis cruciatos suppliciis, prout supra citatum num. 48. Huic enim bello, quod Christi Domini nefariè à Iudeis occisi poena diuina erat; nec operam ullam de-

dere Christiani, neque eius inuoluti calamitatibus ac cædibus fuere, uti testatur S. Epiphanius hæresi 29. & 30. Eusebius lib. 3. hist. c. 5. dum ipsius CHRISTI Domini monitos oraculo ex Iudæa cum alio, tum verò Pellam maximè commigrasse illos narrat. Ante hoc bellum tamen ab aliis exagitatos, vexatosq; Essenos, perspicuum ex Philone, qui bello illo prior fuit. Tertio, ipse, à quo fere disputationis huius initium; Eusebius, Practicos istos semper ad Iudeos reuocat. In citato siquidem præparationis Euangelicæ octavo libro, de Mosaicæ legis ac populi præstantia & virtute differens, exempli testimoniique causâ, Essenos istos inducit, & clare τὸ πᾶν ιουδαϊσμόν, totam Iudeorum gentem, in partes duas diuidit: unam, quæ ex communia ac vulgari legum καὶ ἡ πνεύμα διάνοια, acceptarū præscripto viuebat: alteram, quæ sublimiorem philosophiam, ac eorum, quæ in legibus καὶ διάνοιᾳ significantur, contemplationem se- etabatur. Et de hac parte subiicit. Λογί τέτο Φρασσόποιο Ιudeo, ψ. Et addit horum & apud exterōs quam plurimos viuendi rationem in summa admiratione fuisse: & ex domesticis, ait, Iudeorum scriptoribus cum alijs, tum verò duo omnium facile principes Iosephus & Philo, Essenorumistorum gloriam ab obliuione vindicarunt. Quartò deniq; cum ex Philonis Apologia ea, quæ supra iam promisi, promere vult idem Eusebius,

þlus, istam ipse adhibet prographen, Πτερ  
χτὸν τὸ βίον ἀρετῆς τὸ μαρτύριον Ἰουδαίων τὸ παλαιὸν φι-  
λοσοφεῖτῶν. ubi non solum illud, apud Iudeos,  
sed & hoc, antiquitus, notandum. Ex altero  
autem de probi viri libertate alterum prola-  
turus testimonium, de iisdem, de quibus in  
prographe superiori locutus erat, loqui ad-  
huc Philonem monet dicens: ἐπεὶ αὐτῷ. Et  
de Theoreticis nullum eo quidem libro citat  
encomium idem Eusebius,

III. Theoretici Esseni videntur omnes Christia-  
nisi fuisse. Hoc enim primò assuerant vetustissi-  
mi, optimique auctores, Eusebius lib. 2. hist. c.  
15. 16. 17. Et Epist. ad Marinum apud Cedre-  
num, S. Epiphanius hæresi 29. D. Hierony-  
mus li. de script. Ecclesiast. in S. Marco & Phi-  
lone bis, Cassianus lib. 2. hist. c. 5, Sozomenus  
li. 1. cap. 12. V. Beda Præfat. in S. Marcum, Ni-  
ceph. lib. 2. c. 15. Deinde huiuscmodi Esseno-  
rum fuisse ante CHRISTI Domini euangeli-  
sum aliquos, nullas omnino vel testatur,  
vel innuit, neque Philo, neque Iosephus: li-  
cet cum practicis habuerint hi communia nō  
pauca, ut ex amborum patet institutis. Tertio,  
Iosephus quando de practicis Essenis agit, di-  
ligenter monet li. 2. c. 12. fuisse ipsos genere Iu-  
dæos. Non satis erat dixisse, tria esse apud Iu-  
dæos Philosophorum genera, Pharisæos, Sad-  
ducæos, Essenos? Aut si satis hoc non erat,  
cur non pariter Pharisæos & Sadducæos ge-

T 5 nere

nere Iudeos dixit? Cur de Eessenis, quorum ingressus erat descriptionem, id præcipue notauit, nisi ut ab Theoreticis disiungeret Eessenis, quorum plurimi genere Iudei non erat?

4. *Quarto*, cum verò Theoreticorum corundem genus tam excellens, tam eximium, tam cælestè ac beatum esset, ut ex Philonis ante posita cōclusione didicimus; cum summam Iudaicæ genti laudem apud omnes conciliare posset, cumque in Eessenorum mentionem & deprædicationem toties ipse, ut suprà vidi-mus, incurrit vel procurrat potius idem Iosephus libenter, cur de istis ne verbulum quidem vñquam? cur ne diuisionem quidem Eessenorum hanc attigit, vt alij essent *prætici*, alij *theoretici*? Falsissimum enim est, quod ab Iunio capite suprà indicato, num. 29. scribitur, duo ista Eessenorum genera *τριχοτοῖς*, & *τριμοναχοῦσι* à Iosepho distingui. Nusquā id Iosephus fecit: sed eos tantum, quorum disciplinam explicat, quiq[ue], ut suprà ostendit, *τριχοτοῖς* erant; in *cælibes* & *coniuges* partitur, non in *cœnobios*, & *monobios*. *Quinto*, ipse autem Philo, cum sicuti apud Persas erat Magi, apud Indos Gymnosophistæ, dixit in lib. *de probi viri libertate*, apud Iudeos esse Esenos, ingenti virtutis omnis studio floren-tes, cur Practicorum tantummodo meminit? cur eorum solummodo disciplinam laudauit? An non ad comparationem cum cæte-rarum

rarum gentium aut sapientibus, aut præstantibus hominibus, & ad totum eius libri de vera probi viri libertate argumentum spectabat Theoreticorum descriptio, aut certè inētio? Nam si quis eum idcirco illic hos retinuisse dicat, quia eorum laudibus integrum librū alium dicare volebat, videbitur is quidem aliquid dicere, ad rem tamen reuera nihil dixerit. Si quando enim accidat, ut duo rei alicuius genera, quæ ad idem alioquin argumentum spectent; velint boni auctores diuidere, vnumque tantummodo in uno loco, alterum in altero explicare, solent id in priore loco monere, causamque, cur distrahere genera illa velint, aut indicare, aut sub-indicare. Nam foret alias importunissima illa distractio, parumque ordinis, bonæque scriptionis, & methodi peritus haberetur, qui secus faceret, auctor. At Philo, quem, ob doctrinam, & eloquentiam, Platonem alterum veteri elogio, dilaudatum nouimus; <sup>Supral. 3.</sup> <sub>c. 12.</sub> Theoreticos Essenos, qui omnium maxime liberi erant; in libro *de probi viri libertate*, neque oratione depingit, neque vel uno duntaxat verbulo adumbrat, neque sibi, alio eos loco ac libro depingere, aut delineare, constitutum syllaba vlla significat: sed solos describit Practicos: solorum socialem vitam agentium laude contentus est. quia nimirum cum illum *de libertate* librū scriberet, Theoreticos, & Monazontas istos nondum norat,

multo minus plenis eorum laudes tibiis de-  
cantare cogitabat; sed postea, cum eos nos-  
set, eorumque virtutem suspexisset ac ada-  
masset; librum-iis totum dicare voluit. Et  
quia de Essenis in illo *de libertate* libro iā dis-  
seruerat, nuncque de aliis præter eam, quæ in  
illius *scriptione* fuerat; opinionem differere  
vellet, fecit quod homini prudenti & docto  
suadebat methodus, ut initio libri posterio-  
ris, genus Essæorum duas in partes iam tri-  
bueret, in *Practicos* nimirum, ac *Theoreticos*; se-  
que diceret de prioribus in libro, quem prius  
scriperat, dissenseret, de posterioribus, in po-  
steriore isto *de vita contemplativa* libro, dictu-  
rum. Quod nisi fecisset, nulla neque posterioris  
libri huius cum priore foret connexio, ne-  
que ylla ipsi scriptori excusatio, cur, contra  
omnem methodi rationem, partes tam con-  
iunctas, tam eidem argumento idoneas dis-  
sipasset ac diuulsisset. cum, ut infrà dicam, iu-  
stissimam aliam excusationem afferre nolle;  
se de Iudeis nimirum antea dixisse, ad Chri-  
stianos nunc Essenos, sibi antea ignotos ag-  
gredi, *Sextò*, illud etiam minimè contemnen-  
dum, quod in libro, quo *pro Iudeis* apologia  
complexus est Philo idem, siue hunc ante-  
quam *Theoreticos* Essæos nosset, scriperit,  
siue post (neque enim cum ille non extet, id  
aliunde possum statuere) eorum solummo-  
do Essæorum, qui actioni magis, quam con-  
templa-

6.

temptationi sese dedissent, laudatione contentus est. quia Theoretici neque e Iudei *religionem* iam erant, neque, quoad magnam eorum partem, *genere*. *Septimò*, Practici Essentiam à Iosepho, quam à Philone in Syria & Palæstina, Iudeaque collocantur, neque alibi vñquam: eademque est Plinij & Solini sententia, prout superius omnia hæc monstrata. De Theoreticis verò contrà Philo sic, Πολλαχθεὶς οἰκεῖόν τοιούτοις. Id est, In multis terrarum orbis regionibus genus hoc Essorum est, hoc inquam Theoreticorum, non Practicorum alterum, quod solis Syriæ, Iudeæque terminis circumscriptum alias in oras sese, nisi fama fortassis, & aliqua Gentilium quortundam, de quibus in Zamolxide dictum, imitatione nihil omnino diffuderat. Istud verò Theoreticorum genus, dum sacerrimum, faustissimumque CHRISTI Domini Euangeliū lōgè lateque spargi, & in omnem terram Apostolorum exire sonus cœpit, vnā ilico longè lateque sparsum exiit: ipsi inquam Essai μετράζοντες, contemplationisque cultores in quā plurimas oras, ac gentes confessim prolati ac dilatati sunt. In Iudea, Palæstina & Syria, vbi prima Christianorum Ecclesia; fuerunt: in Aegypto, & quidem, vt ait Philo, κατ' ἔκσοτον ἡγεμονίαν τούτων, id est, per omnes ac singulas partes, ac præfecturas, quæ olim, vt libro 17. Strabo explicat, Nomi vocabantur; extite-

titerunt: in Græciam penetrarunt: barbaras etiam nationes peruerterunt. Subiungit enim Philo: ἐδει γωνίαθε τελέων μεταχειρίζεται εἰλάσσων καὶ τὸν Βάρεαν id est, oportebat enim boni perfecti partipem fieri, & Graciam, & ipsam Barbaram regionem. Atque hoc argumentum non Eusebius tacitum, sed & sanctus notauit in suo Philone Hieronymus, cum de illo dicit: Non solum eos ibi (in Ægypto apud Alexandriam) sed & in multis quoque prouinciis esse memorans.

8. Octauio, Practicorum numerus ab eodem utroque, Philone ac Iosepho, pñne definitur, qui quater millesimo proximus fuerit. Theoreticorum vero neque numerus ullus initur, neque paulo quatuor millibus maior innuitur. cum in Ægypti partibus omnibus, & quidem propter Alexandriam, tam multi fuerint, itemque in aliis mundi partibus, Græcis, & Barbaris, ut iamiam dictum. Nondum exortam vero hanc Essæorum istorum disciplinam suo tempore, index ipse Philo dum apud Eusebium l.b.2.historiæ c.17. ait, ὅτι (τὸν νομοθετὸν δόγματον τὸν) ἡγέτην σχεδεῖν τὸν Σποντίαν τὸν Στρατηγὸν id est Quem (scilicet diuinæ legis semotum ab aspectu tenuum) cœpit eximiē ipsa hac religio, seu ista hac diuini cultus ratio, contemplari. Si Essæorum istorum secta esset, illa vetus. & apud Iudeos iam vulgata, quomodo nunc diceret, cœpit contemplari, non autem sat contemplari, aut certè simpliciter contemplatur?

sur? sed & obseruandum nomen, quo Esse-  
norum eorundem sectam in citatis verbis vo-  
cat Philo: ἡ Θρησκεία scilicet. Hoc enim nomē  
ipsa fere, ut ita loquar, summa colendi numi-  
nis genera significat, non particulares quos li-  
bet in aliquo genere modos ac ritus. Est enim  
verbi causa, ἡ Ιερεγελιππὴ Θρησκεία, Act. 26. v. 5.  
ἢ χριστιανὸν, vel ut cap. 17. lib. 2. ab Eusebio vo-  
catur, ἡ καὶ τὸ ἐναλέλιον Θρησκεία. ipsæ verò Iu-  
dæorum sectæ tres, et si pluribus à Iosepho, a-  
liisq; nominibus appellantur, nunquam ta-  
men, quod quidē fatis meminerim; Θρησκεῖαι  
tres dicuntur. Atque hinc apparet, quām in  
mentiendo audax Iunius sit, qui cum à Bel-  
larmino dictum esset, Philonem loqui de di-  
sciplina illius tempore exorta: *Hoc, inquit lo-*  
*co citato num. 31. ne minimo quidē apice ex ver-*  
*bis Philonis confirmari potest.* Estne apex parvus,  
& non sublimis potius, illustrisque columna,  
illud ἦρξατο? Sed priore, inquit, libro ANTIQVI-  
TATEM Essenorum sectæ disertis verbis affirmavit,  
etiam aliorum Philosophorum comparatione. Re-  
tē hoc quidem de antiquitate contra Drusium,  
qui Iudeos Essenos antiquos non vult,  
dixit Iunius: sed non contra nouam Christia-  
norum Essenorum lucem, quæ primos, Phi-  
lonianis temporibus, redios, in Aegypto aliis-  
que mundi plagiis fundere cocepit. Nam in  
priore libro Philoni de Practicis, non de The-  
oreticis Essenis habetur oratio, ut repetitum  
haec-

haec tenus non semel. Indico attamen, in huius argumenti noni principio, me consulit dixisse, citata Philonis verba legi apud Eusebium. Nam in Parisiensi Philonis Græco exemplari legitur eo fere modo, quem suprà vertebat Interpres: *ἵημερος ἡμέραν τὸν οὐρανὸν ἐξαλοῦσαν*. Et in iis quidem verbis non est ipsa ἡ Ἑγεστέα dictio: altera tamen illa præcipua ἡ ἐξαλοῦσα, id est, cœpit, permanet. *Decimò*, dixit idem Philo antea, sanctas Practicorum Essenorum ædes vocati *Synagogas*: quæ sancte Iudeorum, ut ex Evangelii constat; propriæ sunt. Essenis vero Theoreticis, quos Christianos cum veteribus assero, nunquam *Synagogas*, sed sancta pietatisque ac grauitatis plena *Semina* tribuit, prout loco suo ante vidimus. *Vnde decimò*, nomine etiam istoru iam inde à primis Ecclesiæ Christianæ primordiis ad posteros dimanavit. Ipsos igitur Christianos fuisse verisimile est. Nam Areopagita c. 6, Eccles. Hierarchiæ, & in epistola, quam scribit *Γαῖαν θεαπόλιτην*. Vnde ἡ μοναχὸν βίον in Trullano Canone XLIII vertit vetus Interpres *vitam therapeuticam*. Sic μοναχὸν, nomen est Monachorum, & μοναστεῖα, Lutheranis Caluinianisque integratis omnibus, etiamnum supersunt. *Duodecimò*, eorum item ad posteros dimanasse instituta, testis visitata olim apud Christianos rerum omnium abdicatio, vitaque communis so-

his societas Act. 1. & 4. sacra constituta, que agape olim etiam vocata sunt: per vigilia, non subiti alicuius petulani causâ, ut illa, de quibus in Iudith c. 6. q. 6. dixi, sed fata & ordinaria, quorum apud nos in sanctorum quotundam dierum predianis, quos Vigiles vocamus; vestigium. Quid ieiunia illa in Quadragesima, totaque ante Pascha seueritas? Quid hymni, eorumque modulatio, &c., ut ex ipso Philone vocat Eusebius, τὰ ἀρπταλεύμα? Adiungunt alij castitatem perpetuam, Iudaici templi, cruentorumque sacrificiorum omissionem, preces orientem versus conceptas; aliaque similia, quibus obalia, quæ adhuc dicenda, supersedeo: meque ad ea, quæ contra sententiam istam obici aut sollicit, aut possint, confero.

## CAPUT XVIII.

*Argumentorum, quibus à Christianorum numero exturbari videantur  
Esseni, dissolutio.*

**S**Va videtur confirmare, qui, quæ his aduersa, infinitat. In hac autem de Essenerum Christianismo questione occurrat, quæ Christianos illos non susscipiant, octo postfinitiones.

**Prima** est: Nulla Christi Domini ac Saluatoris, nulla Evangelij, aut Christiana-

*Argumentum  
ta 8.  
I.*

V fina

B. p.

rum id genus rerum in Philonis de Theoreticis Essenis narratione mentio. Respondeo Philonem, homo cum esset, humanitatisque plurimum haberet, sancti etiam Petri, *in cuius congressum, Romæ, Claudij tempore, venerat*, uti refert l:b.2.hist.c.16. Eusebius, *cuiusq;*, ut in Catalogo ait S. Hieronymus, *amicitiam babuerat; sermonibus captus nonnihil suisset, admiratum quidem, propensaque benevolentia prosecutum admirabilem Essenorū istorum, qui Christiani; virtutem. Cū tamē Iudæus esset, in coque, in quo natus erat, de-nasci etiam statuisse, Iudaismo, vel ab ea saltem, perfidia, quod tantæ apud Iudæos auctoritatis vir esset; palam discedere nolle; voluisse data operâ; silentio CHRISTVM Dominum, eius Euangelium, sacramenta, & similia, inuoluere: sicque scripsisse, ut, cum neque Christianos, neque Iudæos diceret, ob nominis tamen, rituumque nonnullorum, de quibus in obiectione secunda; similitudinem, Iudeis Iudei putarentur: ob cætera omnia Christianis Christiani agnoscerentur: ob utraque, Gentilibus utrilibet viderentur. Si enim Christianos illos iudicarent, veritati, & suo erga istos amori datum hoc ille voluit: Si Iudæos, opinionem Gentilium non immunitam optauit, qui saepe à Christianis Iudæos non distinguebant; suæque gentis gloriarum totum id concessum percipiuit. S. Hieronymus*

nymus lib. de script. in S. Marco; Philo *dissertis-*  
*simus Iudeorum*, videns *Alexandriae primam Ec-*  
*clesiam adhuc iudaizantem*, *quasi in laudem gen-*  
*ris sua librum super eorum conuersatione scripsit.*  
*Si autem CHRISTI Domini sacraeque fidei no-*  
*strae mysteria nominasset*, *fecisset quidem*  
*quod faciendum fuit*, *viri boni officium: sed*  
*suam ipsius in perfidia contumaciam dam-*  
*naasset*, *suique populi Philosophis*, *quos om-*  
*nium optimos ac præstatiſſimos haberi vole-*  
*bat*, *Christianos anteposuisseſt Philosophos.*  
*Neutrum ei gratum, neutrū philautia, vanæ-*  
*que laudis sinebat amor.* At *veritatem libri*  
*principio spondet.* spondet quidem, sed ita, ut  
*se illorum, de quibus commentatur, laudi-*  
*bus additurum nihil dicat, non autem detra-*  
*eturum aliquid.* Quam tamen detractionem  
*honesta velat excusatione, quod illorum o-*  
*mni eloquentia effet virtus maior.* Sed *Euse-*  
*biiſ lib. 7. hist. c. 15.* *Effectorum istorum οὐαὶ αἰω-*  
*νίῳ, id est, totam disciplinam expositam ait.* Ve-  
*rūm istud οὐαὶ seu tota sumendum commo-*  
*dē, quoad præcipua morum ipsorum capita;*  
*non quoad eorum fidem, aut singula insti-*  
*tuta.* Quia verò ut Senecam, de quo meo in  
*Paulo dixi alias: sic & Philonem Christianū*  
*factum suspicantur interdum nonnulli, ascri-*  
*bam ex eo loco, ubi eum antea laudauit, S.*  
*Augustini verba. Conatus est, ait, aliqua inter-*  
*pretari, non ad Christum intelligendum, in quem*

Num. 62.  
lib. 12. con-  
tra Faustū

non crediderat; sed ut inde magis appareret, quatuor  
tum intersit, virum ad CHRISTVM referas om-  
nia, propter quem vere sic dicta sunt: an prater il-  
lum quaslibet conjecturas quolibet mentis acuminis  
persequaris. Et postea: Ut enim quiddam eiusdem  
Philonis commemorem, arcem delunij secundum  
rationem humani corporis fabricatam volens in-  
telligi, tanquam membratum omnia pertractabat.  
Cui subtilissime numerorum etiam regulas consu-  
lenti, congruenter occurabant omnia, qua ad in-  
telligentum CHRISTVM nihil impedirent: quo-  
niam in corpore humano etiam illa brutorum genitrix  
Saluator apparuit: nec tamen cogerent, quod cor-  
pus humanum est utique, & hominum ceterorum.  
At ubi ventum est ad ostium, quod in arcalatice fa-  
ctum est, omnis humani ingenij coniectura defecit.  
Ut tamen aliquid diceret, inferiores corporis partes,  
per quas vena & sinus egerantur, illo ostio signifi-  
cari ausus est credere, ausus & dicere, ausus & scri-  
bere. Non mirum si ostio non intento sic erit ausus.  
Quod si ad CHRISTVM transfuerit, ablatio velamo-  
ne, sacramenta Ecclesie maiestatis ex latere homo-  
ni illi inuenisset; nam quia praedictum est: erunt  
duo in carne una; propterea in arca quadam ibi ad  
CHRISTVM, quadam vero ad Ecclesiam referun-  
tur, quod totum CHRISTVS est. Sic & ipsopteris  
interpretationibus figurarum, per uniuscum tex-  
tum Diuinam Scripturam licet considerare, & coope-  
re sensus eorum, qui CHRISTVM ibi intelligunt:  
& eorum, qui prater CHRISTVM ad alias qualia  
bet

*hęc ea deforquere conantur. Hęc S. Augustinus.*

2.

Ref.

ALTERVM argumentum: Iudaicas isti cæ-  
remonijs obseruabant, sabbata scilicet, ac sab-  
batorum sabbata, id est, Pentecostes, siue dies  
quinquagesimos. Respondę, solitos primo-  
rum Christianorum, qui è Iudeis præsertim  
ad fidem accesserant; non paucos, Iudaicas  
adhuc cæremonijs nonnullas retinere. Sic or-  
natum Timotheum circumcidit D. Paulus Act.  
16. v. 3. Nazarorum ipsemet votum vole-  
bat, eiusq; causā, intonsam gerhat cæsariem,  
quam, sub temporalis illius voti fine, in Cen-  
chreis torondit Act. 18. vers. 18. Sic S. Iacobus,  
Ellaorum Christianorum princeps, ipsi D.  
Paulo; Vides, ait Act. 21. v. 20, frater, quot milie  
sunt in Iudeis, qui crediderunt, & omnes amula-  
tores sunt legis. Hoc ergo fact, quod tibi dicimus, sunt  
nobis viri quatuor votum habentes super se. His as-  
sumptis sanctifica te cum illis, & impende in illis,  
ut radant capita. Et Apostolo paruit Apoſto-  
lus. Nam verlu 26. Paulus assumptis viris, po-  
stridie purificatus cum illis intravit in templum,  
annuncians expletionem diuinum purificationis, do-  
nec offerratur pre yno quaque in altario. Et sic  
S. Hieronymus apollo ambo dicitur, Ecclesiā  
Alexandrinā i. Philonem vicim Iudaizantem.  
Eusebius lib. circst. c. 16. Esenios istos ait, 'Iu-  
daicarizeyt ὅμοια λαοῖς ἢ τὸ πλεῖστον ἐγνωμονι-  
κός εἴη'. Postea tamen aliquis non male suspi-  
cari, Philonem Iudaica phrasū Christiano-

V 3 rum

rum sabbata, id est, dies Dominicos, & quadraginta diale ieiuniam, quod à quinquagesima plerique inchoarunt olim, & vigilias Christianas, & sacram Pentecosten descripsisse. idq; c. 17. indicat Eusebius, Philoniana ieiunia, & Pentecosten referens ad eas exercitationes, & καὶ τὸ Φωτικόν πάθες ἐστιν ἡ αποτίας καὶ σύγερ-  
χλεψίστην, περοχῆς τε τῷ δέσμῳ λέγουν εἰς τελεῖ-  
σιώδεις. Atque isto modo euaneſcunt Iunia-  
na de Eſſenorum ſuperitionibus omnia lo-  
co indicato num. 32. & Scaligeriana de fabba-  
tis in prolegom. de emend. temporum, & de  
baptismatibus lib. 6. quanquam & de his alia  
reſponſio eſt. Philo enim τὸν ἥμερον οὐκ οὐδὲ  
Theoreticis nunquam aſcribit, multò minus  
Iofephus, qui, vt ſuprā dixi, de ſolis trahauit  
Practicis. Et verò ſi vtrifq; vterque illum at-  
tribuiffet, non eſſet idcirco accipiendoſus quo-  
tidianus ille baptismus eo modo, quo eum v-  
ſutpabant, qui ab eo dicti ſunt hæretici *he-*  
*merobaptiſtae*, prout ē S. Epiphonio lib. 1. hærefi-  
17. & in Epift. ad Acacium & Paulum mani-  
festum: ſed eo modo, quo à Iudeis in quoti-  
dianis, votiuisque purificationibus, & à D.  
Paulo Act. 21. vers. 26. adhibitus eſt. Vnde &  
ineptè Iunius num. 36. falſoque ait, *Eſſenos* iſtos  
contemplatores, *Maria lacus* ideo accolus fuiffe, vt  
lotionum ſuarum commoditatēm haberent, Philo-  
ne & Epiphonio auctoribus. At cauſam, cur lacū  
illū accolereſt, eā neuter affert, ſed hac peni-  
tus,

tus omessa, causas alias à Philone ipso antea audiuiimus. præsertim cum, vt dixi, lotiones L. 3. c. 16. hisce nullas ille tribuat. Ineptissimè Scaliger. *Quia, inquit, erant iudeoæ sc̄aligeris noui baptismi In Proleg. auctores Donatisti fuerunt.*

TERTIVM arg. Theoreticos Essenos ipse Philo initio libri de vita contemplativa fuisse Iudæos ait. Afferunt id quidē eum aiere Scaliger in Prolegom. & Iunius nū. 28. *Quod, ait ille, Christiani nō essent, sed mere Essenii. Statim initio libri ostendit Philo. Iste vero, ne, vt Scaliger, falso simpliciter affirmaret, sic argumentatur. Egerat in priore libro Philo de Iudaicis Essenis. Ergo & alterum Essæbrum genus, quod initio libri posterioris se dicit Philo expositurum, Iudaicum est. Sed negatur consecutio: resque hæc tota supra declarata.*

3.

Roff.

QVARTVM arg. Sunt in Philone nonnullæ, quæ maiorem Essæorum istorum præ se ferunt vetustatem, quam vt à CHRISTI Domini, vel Apostolorum euangelismo eorum duci possit initium. Nam primò dicuntur οἰκεῖον φιλοσοφίαν ἀληθερωῶντες. Quæ vero patria & auita philosophia, nisi Iudaica? Secundò, δέ τι αὐτοῖς καὶ συγχάμιατα παλαιῶν ἀνδρῶν, οἱ φιλότεος αὐτῶν ἀρχῆγοι γνώμενοι πολλὰ μυημένα σὺν τοῖς ἀληθερωῖσιν idem ἀπέλιπον. Qui veteres illi, quorum apud hos commentarij, nisi priorum sæculorum Iudæi & Essenii? Existimat quidem c. 17. li. 2. hist. Eusebius, esse Apo-

4.

V 4 stolos.

*prolos, Euangelistas, & Prophetas.* Horum enim allegoricas explicaciones ab illis factas esse, cuiusmodi à S. Paulo in Episto. ad Hebreos, aliisque nonnullis editas videmus. Sed ob sunt duo. Vnum, quod Apostoli & Euangelista non erant Philonis anno veteres, qui cum S. Petro collocutus est, qui S. Marcum vidit, ut supra dictum. Alterum, quod illi, qui Commentarios illos scripserunt, non veteres modo, sed & sectae huius duces & conditores dicuntur, itemque monumentorum plurium clu cubatores, ita ut si, veterum nomine, Prophetas intelligere velimus, Essenos istos propheticis fuisse saeculis fateri debeamus: si Apostolos & Euangelistas, ab his ipsis plurima per allegorias clu cubata statuere oporteat. Vbi vero ea sunt? quis ciuscemodi legit, vidit, audiuit? Iam tertie apud hos Essenos eiusdem sectae dicuntur foemine θηγανίαι fuisse, οὐ γάρ τις γεγαλιαναρέοι. Quomodo autem Philonis tempore portuerunt esse virgines ad confessores, si virginicatis propositum, ante salutiferam CHRISTI Domini passionem, non suscepissent? Nam ab illa, usque ad Imperatoris Claudij annum primum, ne totum quidem decennium est. Adiuce nunc quos voleas annos, dum postea librum istum scriplerit Philo, & si mentio eum, ut supra dixi, dicitque Baronius tomo i. Philone felicissimo CHRISTI Domini ortu, si non priorem, haud multo sanè

In resp. ar.  
qum. L.

go sanè posteriorem fuisse. Quomodo igitur illæ virgines *vetule*? Si hoc ergo niçatis institutum cœperunt ante CHRISTI Domini passionem; Ergo hoc iam Esseniorum genus antea fuit. Respondeo ad primum, patriam Philosophiam esse Iudaicam; eam videlicet, quæ in Mose ac Prophetis continetur, cuius principium caput Lucæ c. 24. Emauni ipis exposuit dis. ipulis Dominus. Ad alterum, veteres illi Commentarij, sunt scripta veterum Esseniorum, qui licet Practici essent, possunt quodammodo Theoreticorum ἀρχήν seu auctores vocari. Nam istiusmodi libros fuisse ac pud illos etiam Practicos, monstrat Iosephus. Et si Elias & Eliseus rectè nostrorum quandoque Monachorum conditores appellantur, ut ex S. Hieronymo nuper audijimus; cur Esseni veteres posteriorum istorum Duces vocati non queant? Hinc S. Hieronymus ad Eustochium, cum cœnobitas describeret; Tales, inquit, Philo Platonici sermonis imitator, tales Iosephus Gracius Luius in secunda Iudaicae captiuitatis historia refert. Rerum omnium imperfetta sunt principia. Perfectionē attulit CHRISTUS Saluator, eamque vita & verbo sacri expresserunt Apostoli. Possent tamen etiam per arches intelligi eorum principii, praefides, antisites. Ad tertium, virgines hæc vetula ex earum videntur numero fuisse, quæ aut Esseniorum Practicorum instituto veteri, aut aliq.

Roff.

V. 5 quodam

quodam pio, fortassis etiam ciuili, consilio, nuptias distulerant: postea vero audita sacrae virginitatis commendatione, quam CHRISTVS potissimum Dominus instituit, Apostoli propagarunt; perpetuum tueri cælibatum statuerunt.

**S.** QUINTVM argumentum: S. Hieronymus ad Eustachium, prout paulo ante citatus est, non distinguit Philonis ac Iosephi Ellenos. Respondeo loquitur generatim. Dicitum est autem supra, quosdam Philonianos eosdem cum Iosephiniis esse. Deinde S. Hieronymus, nihil aliud ait, quam quos veterque ille style expressit Ellenos, esse cœnobitis nostris similes, non omnino eosdem.

**R. 5.** SEXTVM arg. Dominationem esse contra naturam, neque ferendam arbitrantur Essæ Theoretici. At falsum hoc dogma est, cum omnis potestas à Deo sit Rom. 13. Respondeo, Dominationem ab iis repudiari non quamlibet, sed veterem illam apud Gentiles acerbissimam, quæ in mancipiorum & operarum & vitam indignè, omninoque, ut ita loquar, tyrannicè gravabatur, ut ex ipsis ante citatis verbis potest intelligi, & ex libro, *Quod omnis probus liber*, ex libro contra Flaccum, & ex libro de legatione ad Caium. Qui ex animo, inquit, reiecerat omnem clementiam, & iura continebat omnia. Cum enim suam libidinem protege haberet postularet, abrogabat quidquid usquam legum

legum erat ut superuacaneum. Nostrates autem non solum inter seruos, verum etiam inter vilissima censebantur mancipia, loco principis, nocti Domini-  
num. Importunum ac ei bumque huiuscemo-  
di dominatum qui exercet, dicitur 1. Pet. 5. 13.  
~~magister~~ & Ierem. 7. ac 22. ~~magister~~

SEPTIMVM argumentum: Eodem fuisse Practicos, de quibus Iosephus; & Th. ore-  
ticos, de quibus Philo; probari videtur posse.  
Primò, quia utriusque scie ad orientem solem  
precabundi conuertunt. Præterea, utriusque à  
sacrificiis abstinebant, ideoque templi aditu  
prohibebantur. Adhac, utriusque perpetuam  
castitatem colebant, excepto uno Practico-  
rum genere, de quo suprà. Respondeo primò,  
posse concedi utrisque fuisse ista communia.  
Sicque ex Philone clara illius ad solem pre-  
cationis expositio haberetur, cum in principio  
docet, *Solem, aliasq; creaturas ab impiis adorari,*  
*non ab hostiis seu sanctis istis.* rursumque cum in  
libri fine modum illum scie ad fidus illud  
conuertendi tradit. Haberetur etiam in Esse-  
nis practicis quoddam veluti testimonium  
de carnalibus veteris legis sacrificiis: ea si illicet  
non tanti fuisse, ut necessariò suscipienda es-  
sent omnibus: iis etiam multo præstantiora  
scie spiritualia sacrificia. Quo spectauit illa  
de mandatorum optimo quæstio à Scribis &  
Phariseis Christo Domino proposita Matth.  
22. v. 36. Mar. 12. v. 28. ubi & CHRISTI ipsius  
de Dei,

Ref. 2.

1.

de Dei , proximique dilectione sententiam approbat, qui interrogarat Scriba dicens ver,  
 33. *Maius est qmibus holocaustib⁹, & sacrificiis; eiusque approbationem valde probat,*  
*laudatq⁹ I e s u s Dominus ac Saluator no-*  
*ster, qui verbu 34. videns qud sapienter respon-*  
*disset, dixit illi. Non es longe à regno Dei. Quo*  
*etiam spectat illud ex Osee 6.versu 6. Misericordiam*  
*rgolo & non sacrificium. Matth 9.v.13. &*  
*c.12.v.7. Et hinc videtur etiam tetigisse cau-*  
*sam Iosephus, cum eos sacrificia non fecisse*  
*ait, ἀγρεότης οὐκέται, id est, non propter*  
*parietatem purificationum, sed propter excellen-*  
*tiam sanctificationum, spiritu alium scilicet sacri-  
 ficiorum. Solet enim libenter Iosephus præ-*  
*stantiam aliquam cognatis huic & ἀριθμοῖς*  
*nominī vocabulis efferre. Ideoque hunc Ia-*  
*sephi locum vertit vetus Interpres: sacra in*  
*templo non faciunt, quod sanctioribus ritantur ce-  
 remoniu. Et hinc verisimile est, natum Pytha-*  
*goreum de mitibus, & exanguibus victimis*  
*dogma, cum Pythagoros Eſſen⁹ fuisse con-*  
*similes patet fecerit antea Iosephus. Cui omni-*  
*nino adiungendus epistola sexta S. Ambro-*  
*sii, dum ait: Pythagoricum mandatum in ali-*  
*orum scriptis praedicari inuenimus, quo ille diſci-  
 pulos suos communem acque rituatam populo pro-  
 hibuerit ingredi viam. Nam cum ex populo Iudeo-  
 rum (ut plerique arbitrantur) genu duxerit, ex  
 eius disciplinis deriuauit etiam magisterij precepta  
 meri-*

meritoq; magnus apud Philosophos habitus, aqua-  
lem, vt aiunt, vix reperit. Hęc S. Ambrosius,  
qui etiam addit, sacras eum scripturas legisse.  
Sed ne Dei templum, aut alia sacrificia vide-  
rentur Esseni contemnere, mittebant ad tem-  
plum ipsum dona seu ~~avabimula~~, vt sit Iose-  
phus. Si dicas, car è templo igitur, vt idem  
ibidem refert Iosephus, excludentur? Ob-  
scurius id mihi quidem, quam vt liquidò pos-  
sim causam edicere: suspicor tamen ex eo fa-  
ctum, quod licet non contemnerent, con-  
temnere tamen viderentur. Vnde & sapien-  
tiorum plerique visitata in templo sacrificia  
offerebant, neque spiritalia omittebant, vt  
B. Virgo Luc. 2. & 3. Haberetur denique hinc  
perpetuæ castitatis præclara, ex antiquitate a-  
pud Israélitas, laudatio: quæ videtur pro-  
bationis etiam aliquid mutuari ex Pythagoreo-  
rum apud Getas & Dacos cœlibatu, de  
quo libro 7. Straboni disputatio est. Reson-  
deo secundo, *primum & tertium* videri ex di-  
ctis, utrumque Essénorum commune: secū-  
dum vero ad Practicos eos tantum pertinere,  
qui in Iudæa erant. Nam de hisce sacrificiis,  
temploque Hierosolymitano, à Philone in  
Theoreticis nihil proditum.

OCTAVVM ac ultimum argumentum est,  
à Philone in principio libri de virtutibus, seu  
de legatione ad Caium, totam Indæorum Is-  
raelitarumve gentem vocari, τὸ ινδικὸν φύγει.

At

R. 2.

8.

**At** liber, in quo de Theoreticis agitur Essenis, non ~~est~~ sive ~~est~~ de genitivis tantum, sed & ~~est~~ in ipsis inscribitur. Respondeo primò, pium honestumque nomen libenter ab auctore isto Iudaicæ, quam honoratissimam cupiebat, genti ascribi, ob causam in argumenti primi solutione indicatam. Fieri deinde potest, ut Iudeos eo in libro iuris appellent, quod Imperator Caio supplies facti essent.

### CAPUT XIX.

#### *De nonnullis aliis circa Essenos qua- stiunculis.*

**P**OSSUNT de Christianis Essenis nonnullas adhuc excitari questiunculas.

**Quæst.**

**Resp.**

**PRIMA:** Cum Practici Theoreticis Essenis priores fuerint, & hi Christiani, illi Iudæi, cur vetus Essenorū nomen cum his communicatum? Respondeo, quia à Practicis Essenis quam plurimi Christiani ac Theoretici facti sunt. Euseb.lib.2.hist.c.17. Baron.tom.1. Præterea vero, quia multa ex illorum disciplina retinebant, ac perfectione maiore ornabant Theoretici. Demum, quia ut illi ob sanctitatem, sic multo magis hi Hasidæi vocari poterant. ideoque & ob summam sanctitatis opinionem, mortumque non paruam similitudinem Essæi etiam vulgo vocati. quam ad rem faciebat apud imperitiores aliquid:

Iesse,

Ieffæ, Ies vq; nominum affinitas, vnde Ief-  
sei, vt ait S. Epiphanius.

ALTERA QVÆST. Theoreticorum istorū *Quæst. e.*  
auctor quis? Alium cependit non censuerim *Reff.*  
auctorem, quam CHRISTVM Dominum &  
Spiritum sanctum. à quo vita hæc Hiero-  
lymæ inter Christianos instituta Act. 2. 4. &c  
21. is h. Ique principem, vt suprà tetigi, locum  
tenebat S. Iacobus Apostolus, cui soli ad tem-  
plum introitus, propter eximiam sanctitatis  
famam, patebat, vt apud Eusebium lib. 2. cap.  
23. narrat Egesippus, cum Essenis aliis, Iudei  
licet essent; omnis ad illud præcluderetur a-  
ditus.

TERTIA QVÆSTIVNGVLÀ: Fueruntne *Quæst. v.*  
Esseni cœlicolæ? Duplicem habet cœlicolæ *Reff.*  
vox significantiam. Aut enim qui cœlos in- *Ang. c. I. L.*  
colit, aut qui colit seu veneratur & adorat, *to. de Cim.*  
cœlicola vocatur. Priore modo senior apud *En. 2. &c.*  
Poetam dixit Anchises:

*Me si cœlicola voluissent ducere vitam*

*Has mihi seruassent sedes.*

Et apud eundem rursus:

Berecyntia mater

*Lata Deūm partu, centum complexa nepotes*

*Omnes cœlicolæ, omnes supra astræ tenentes.* *Apud Hom.*

Sieque S. BONIFACI Moguntini Archiepi- *ri. Canis.*

scopi, Martyrisque nostri discipulus. S. SOLA *som 4. Ant.*

vocatur ab Ermenoldo Diacono, *beatissimus* *Leb. pag.*

*cœlicola.* Posteriore modo suprà, libro primo, *46.* *l. i. c. 5. obf. t.*

in id vololatrarum fecerunt cœlicolas retrusos, & quidem metitio. Scirtius enim quam sape, quam vehementer, ac iuste in scriptutis diuinis arguantur, qui regnatum celi, militiamque celi; id est, Lunam, Solem, aliasque stellas adorant. Et hoc modo censent aliqui cœlicolas in Iustinianeo Codice accipiendos, dum dicitur: Iudeis, & cœlicolis, & maioribus eorum, & Patriarchis volumus intimari, quod si quis post hanc legem, aliquem, qui eorum feralem fugerit sectam, & ad Dei cultum respexerit; saxis; aut alio furoris genere (quod nunc fieri cognouimus) assue fuerit attentare, mox flamnis dandus est; & cum omnibus suis participibus concremandus. Iterumque postea: Cœlicolarum nomen inauditu; quodammodo nouum crimen superstitionis vindicauit. Hi nisi ad Dei cultum, venerationemque Christianam conservet falerint, his legibus, quibus hereticos præcipitius astringi; se quoque tollerint astringendos. Aedificia autem eorum, quæ thesco euitis noui dogmatis contentus habent, Ecclesiis vindicentur. Certum enim est, quidquid à fide Christianorum discrepat, legi Christiana esse contrarium. Eademque in Theodosiano legitur Codice. Sed Reuerendissimus & Illusterrimus BARONIVS à Christianis apostatas fuisse arbitratur. Menthio, ait, de cœlicolis est apud S. Augustinum, in epistola ad Eleusium & alijs, ubi hec ad finem habet: Iam enim miseramus ad Maiores Cœlicolarum; quem audieramus noui apud eos baptismi institutorem

Terem. 7. 6.

44

4. Rep. 17.

21. ६५ ३३.

Jerem. 19.

Seeborn, I.

Capítulo

#### *E. calicolaria*

6-1912

٢٣

3

Debrett.

43.

Temp. S. 60°

200 Domini

408

400

torem instituisse, & multos illo sacrilegio seduxisse,  
 vt cum illo quantum ipsius temporis patiebantur  
 angustia aliquid loqueremur. ~~bat~~ ipse ibi: an autem  
 alibi de iisdem Cœlicolis agat, non memini. Existi-  
 maut aliquando hos fuisse Gentiles in Africa, sic di-  
 ctos à cultu Cœlestis idoli Cartbagine positi, de quo  
 pluribus superius actum est. Sed quod (ex sententia  
 S. Augustini) iidem etiam baptizarentur, Chri-  
 stianitatem præsetulisse visi sunt. Verum & quod  
 vult alia eiusdem Imperatoris sanctio, hos cogendos  
 ad Christianitatem seruandam, argumento plane  
 est, fuisse Christianos, apostatarum tamen nomine  
 censendos potius, quam hereticorum. Quod item  
 tam in Codice Theodosiano, quam Iustiniane, nō  
 sub titulo de Hæreticis, sed de Iudaïs ponantur Cœ-  
 licole; constat eos minime fuisse ex Christianis hæ-  
 reticos, sed apostatas. Igitur quantum colligere fas  
 est ex dicta Honoriū sanctione ad Iouinum Praefectū  
 Praetorio data, illos apparet appellatos esse Cœlico-  
 las, qui ex Christiana fide transirent ad Iudaismū;  
 ita tamen, quod cum scirent Iudaicum nomen abo-  
 minabile cunctis esse, non Iudei sed Cœlicole dici  
 potius voluerint, nec sub Iudeorum degerent Pa-  
 triarchis, sed alijs sibi propositis magistratibus, quos  
 Maiores nominabant, vt ex S. Augustino apparet,  
 nec non rescripto Constantini ad Euagrium. Ad  
 quæstionem igitur accedendo; Essenorum, ait  
 Iosephus Scaliger, alij κοινότες, alij μονάχοις <sup>In proleg.</sup>  
 fuerunt. Sed illorum non videtur secta diurna  
 fuisse. Ast τοικολογία, aut eorum non dissimilium

*Synagoga fuerunt ad tempora Iustiniani. Sunt enim qui Cœlicola vocantur. Nam & nomen id indicat. Cœlicola enim sunt Angelii. Ita vocari volebant propter sanctum & celeste, ut ipsis videbatur, vita institutum. In peruereti Glossario Latinoarabico Cœlicola malach, id est, Angelus. Quibus in verbis quæro ab ipso Scaligero velitne Cœlicolas istos fuisse Christianos, an non? Si Christianos; iam datur, quod & alibi & eo ipso loco semper negat, Essenos fuisse Christianos. Si non Christianos velit, est quod Baronianus respondeat argumentis. Nam sancti hos a Iudeis distinguunt, & quasi sacro initiatos baptimate ad Christianam cogi Ecclesiæ magni illi volunt Imperatores de iisque quasi Christianis loquitur. S. Augustinus. Deinde vero nulla omnino ratione probat Essenos in cœlicolis ponendos. Nam si qua esset eius ratio, esset ista:*

*Omnes Angelii sunt cœlicolas.*

*Esseni sunt Angelii. Ergo.*

*Vel potius:*

*Quicumque se dicunt Angelos, idem se dicunt Cœlicolas.*

*Sed Esseni se dicunt Angelos. Ergo.*

*At in utroque syllogismo negatur assumptio. quæ ab illo ne tenuiter quidem probatur. Si diceret eos ob vitæ puritatem & castimoniā, à quibusdam cœlicolues & incolas vocatos, non negare in. quia ita disertè ipsos appellat Philo.*

*Sed*

*In fine libro  
de vita con-  
sensu.*

Sed hoc neque vitiosum, neque iniudiosum:  
cum de Astrologis cecinerit Fastorū scriptor.

L.L.F.M.

*Felices anima, quibus hac cognoscere primis*

*Inq domos superas scandere cura fuit.*

*Credibile est illos positus virtusq; iocisq;*

*Altius humanis exeruisse caput.*

Quin suo ipsius libro suum illum Homerum  
præfixit Scaliger, qui heroicis de ipso canat  
versibus:

*Gentili ascendit quondam super aetheras scala*

*Admissus Iouis arcans Diuūm genus iste*

*Scaliger. & magni dispexit lumina mundi*

*Et sedes superūm, & mortalibus inuia regna.*

Quidni ergo possint isto modo cœlicolæ vo-  
cari Esseni? sed non sunt neque posterioris  
generis, qui vel diuinum cœlo cultum adhi-  
beant, vel à sancta Christianorum disciplina  
desciuerint Cœlicolæ: neque ad prius etiam  
genus seipso cum arrogantia & fastu aggre-  
gant. quod vnum tamen vult Scaliger. Iam  
verò fuerunt quidem heretici veteres, qui  
*Angeli* dicerentur. sed cum eius nominis  
causas tres afferat S. Epiphanius, nullam sibi  
tamen compertam ait, & illos posteaquā ex-  
orti fuissent, ilicò euauisse testatur, eumq;  
secutus S. Augustinus. Sed video quid specta-  
rit Scaliger. Voluit per Essenoū latus, Reli-  
giósos pētēre ac vulnerare Christianos. quos,  
vti de Essenis dictum; dolet interdum à Pa-  
tribus angelicæ vitæ consortes pronunciari.

lib. 2. heret.

so.

heret. 39.

*Ser. 2. Hac  
est gener.*

*Hieron. Pla-*

*tus lib. 2. de ius,*

*deoque Nouatorum aliorum,*

*etiam ip-*

*bono statu*

*Relig. c. 10,*

*Quis enim, ait S. Bernardus, cælibem illam vitā,  
calestem, & Angelicam dicere vereatur? Sed vt hu-  
morum inquisitione iudicia proferre animus  
est. Ergo ipse Scaliger in Prolegomenis de e-  
mend. temporum: Quæ à Philone, ait, de Essenis  
narrantur, satis leuitatis dominant Eusebium, &  
reliquos veteres, qui Eusebium secuti, idem hario-  
lati sunt.*

Ibidem. Eusebij de Essenis puerile deliramen-  
tum est.

Lib. 6. Essenos fuisse Christianos Eusebius ha-  
riolatus est ex Philone.

Ibidem. Vide quid accidit, vbi auctoritas an-  
teuertit veritati. Quicunq; enim illa legebant, non  
dubitabant esse vera, quia auctore Eusebio.

Ibidem. Respondere volumus, veteres illos sum-  
mos viros, cum de incunabulis Christiani verba-  
ciunt, multa à veritate aliena pronunciasse.

Iunius loco citato adhuc impudentius nu-  
26. In hac historie Essenorum applicatione, quem-  
admodum & in aliis non paucis, Eusebius deceptus  
est: quem qui post secuti sunt, à veritate historia  
aberrarunt. Non temere iam olim homines docti  
in Eusebio plus iudicy desiderauerunt, & legendis  
scriptis illius adhiberi à quouis iubent.

Et

Et nu. 27. Nempe Epiphanius, in tenebris pal-  
pans Eusebium ducem secutus est à veritatis filo ab-  
errantem. Et profecto cum illum Epiphaniū locum  
lego, satis mirari nequeo hominis inscientiam, &  
in lingua interpretatione, & in veritate histo-  
ria: adeo multis aduersus utramque modis peccat  
in illo ynica capite de Nazrais. homo fuit, cuius  
pietatem amo, infirmitatem humanam fero, erro-  
rem (ita me Deus amet) dissimulatus essem, nisi  
hoc officium mihi extorqueret veritas. Num. 28.  
Eusebius non admodum iudicio valuit. Num. 32.  
Hac boni patres facile animaduertissent, si Philo-  
nem potius visum fuisset cōsulere quam Eusebiū au-  
ctoritati concedere. quasi verò D. Hieronymus,  
vt de aliis raceam, Philonem non consolute-  
rit. Rursum, nu. 36. Nempe Epiphanius, qui Syrè  
aliquid scivit, indulxit coniecturis ex affinitate vo-  
cum, & quod inde coniectatus est, a quo liberius af-  
firmavit. En, quanta in hisce Nouatoribus ar-  
rogantia! supercilium, & fastus quantus! Sa-  
nè sic loquuntur, sic veteres contemnunt, Pa-  
tresque despiciunt. quasi certissimè, clarissi-  
meque ipsos erroris conuicissent: quæ verò  
ipſi afferunt & pronunciant, mera esſent Si-  
byllæ oracula. O superbiam! sed ista quidem  
de tribus Iudæorum sectis, quæ dicerem, ha-  
bui. Occasionem scriptioṇis dedit Drusius:  
caſam, veritatis amor, & Lectorum quo-  
rundam utilitas. Eademque faciunt, vt ſicu-  
bi, quod hominis eſt; lapsus ſum, aut minus

fimo certè gradu lapsuui, aliorum libenter,  
ipsius etiam Drusij; monitiones vel obiurgationes auditurus sim. de quo Drusio superest,  
quod dicam, vnum.

## Capvt XX.

*An hereticus lo. Drusius?*

**Q**uod generatim de Iudeorum sectis tribus disputavi suprà, fuissentne, hodierno loquendi modo, in hæreticis habendæ, id de I. Drusio nunc dispiciendum. Cum enim ¶ 43. 707. eum in Machabæis meis laudaré, quòd præter hæreticorum aliorum morem, à conuiciis, acerboque stili felle abstineret aliquantulum: illibenter tamen à me legi fatebar ingenuè, quia esset hæreticus. Pupugit eum hoc. Nec miror. Licet enim hodie vulgaris, magna ramen nota est: infame nomen, quod ab vilo, etiam Hasidæo, vix ferendum. Fuit spectatissimæ olim virtutis in sanctis eremi cultoribus Agatho. Eius demissionem & patientiam, ut explorarent quidam, varia ei obiecerunt Hæretici  
crimen ac  
nomen gra-  
uissimum.  
In vita Pa-  
trum §. 20. crima, superbiam, libidinem, maledicentiam, tandem verò etiam hæresin. Et ad alia quidem annuebat demissè ac patienter omnia, quamuis essent ea falsissima: sed auditio hærefoes nomine: *Licet, ait, multis aliis peccatis abnoxius, tamen hereticus penitus non sum. Absit hoc ab anima mea. Causam verò interrogatus respon-*

respondit cùm alia, tū verò ista: CHRISTVS passus est pro nobis, relinqens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius. Oportet igitur, vt cuncta aduersa cum humilitate sustineamus. Sermonem autem, quo me hæreticum dixisti, non potui sustinere, & valde abominatus sum. quia hæresis separatio à Deo est. Hæreticus enim separatur à Deo viuo, & vero, & coniungitur Diabolo & Angeli eius. Alienatus enim à CHRISTO iam non habet Deum, quem exoret pro peccatis suis, quia ex omni parte periit. Ac sanè S. Gregorius non temere *Lib. 9. Ep. 39.*

Sunt, ait, multi fidelium, qui imperito zelo succenduntur, & saepe dum quosdam quasi hæreticos insequuntur, hæreses faciunt. Non enim, ait S. Augustinus, omnis error hæresis est: quamvis omnis hæresis, que in vitio ponitur, nisi errore aliqua hæresis esse non possit. Et alibi: *Non vnum atq; idem est hæreticus & credens hæreticis homo. quandoquidem hæreticus est, ut mea fext opinio, qui alicuius 162.* *Initio libri de vtil. cred. Epist. 5.*

temporalis commodi, & maxime gloria, principatusq; sui gratia, falsas ac nouas opiniones vel dignit, vel sequitur. Ille autem, qui huiusmodi hominibus credit, homo est imaginatione quadam veritatis ac pietatis illusus. Rectè igitur Drusì facis, quod hæretici nomen horreas: & culpa non vacaram ego, si Catholicus cum esses, hæreticum appellarem. At verò visitatum, vt quos turpificat ista hæreses labes maximè, ij omnium minimè tales velint haberi. *Quid, ait S. Hieronim.* *Hæretici esse volumus, & non solum.*

*In Apol.  
adu. Ruffi.  
Lib. 2. con-  
tra Cresco-  
niū Gram.  
c. 3. 4. 7. 8.*

ronymus, loquar de hereticis, qui, licet foris sint,  
tamen se nominant Christianos? Tui non dissimilis Grammaticus Cresconius perægrè ab S.  
Augustino se vocatum hæreticum ferebat, ut  
idem testis est S. Pater. Et hisce diebus, cum  
in extrema libelli tui confutatione versarer,  
obtulit mihi Lutherani cuiusdam Prædican-  
tis contra me libellum vir quidam pius, do-  
**Pag. 4. Eſt s.** Etus, & amicus. In eo stomachatur Luthera-  
nus ille, Lutherum dici hæreticum, velletq;  
id probari, Quod si, ait, Lutherum nostrum, bære-  
ticum dicere volueris, doce prius, quid morbi, pra-  
utij, sapiat vterque sacrosancta scriptura code:  
quasi actum agere semper oporteat. Iudica-  
uit Ecclesia Christiana, & per aspectabile  
suum in terris caput, Pontificem Romanum:  
& per œcumenicam generalem Synodus  
Tridentinam, Lutherum & Calvinum hæ-  
reticos esse: itemque ipsorum dogmata. Num  
igitur quandocunque hi, vel horum affæclæ,  
qui doctiores & contumaciores sunt, hære-  
tici vocantur, necessum semper est, hæreti-  
cos illos conquisitis argumentis comproba-  
re? Legebam tuum, Drusi, libellum ipso S.  
Michaelis die, & veniebat in mentem illius  
quod sancto ipsi Michaeli à Iosue dictum  
**In Iosue c. 5.** alio quodam scripsi loco, Noster es, an aduer-  
sarius? Dic igitur, sodes, Catholicus es, an  
non? Catholicum quem dicam, hosti: anti-  
quæ scilicet fidei, & Romanæ illius obdientie  
homi-

hominem, quæ, Apostolo teste, in vniuersum *Rome. i. 6. 8.*  
*mundum sparsa & diuulgata est.* Dic igitur a- *& c. 16. 6.*  
pertè ac rotundè, non tergiuersando, nihil 19.  
fringultiendo, noster es, an aduersariorum? Si  
noster: libentissimè quod scripsi, reuoco. Sin  
Lutheranus, aut poti<sup>9</sup> Caluinianus es, vti hoc  
pridem didici, & paulò post monstrabo; cur  
nomen tuum calumniam censes? *Quare*, vt  
D. Augustini, contra nominatū antea Gram-  
maticum, verba retineam, *te dici non vis hære-* *lib. 2.c. 4.*  
*ticūm?* Cur non potius esse te, quam vocari  
doles? Cur Caluini Magistri, dogmatumque  
prauam electionem non vel tandem corri-  
gis? Sed vt esse te, quem vocaui, hæreticum  
monstrem, argumenta, quibus te non esse  
probatum vis; persequat. Sic enim vna veluti  
eademque manu. & meum illud stabiliam &  
tua dissiaciam: quæ quidem tua potissimum  
comperio.

PRIMVM est: *Vt hæreticus quis sit, duo requi-* *Argumēta*  
*runtur. Primum, vt erret in fundamentis fidei: de-* *tria Drusij.*  
*inde vt errorem suum pertinaciū tueatur. Tenuis* *Pag. 21. 22.*  
*mea scientia versatur tota circa Grammaticam*  
*& historiam. Dogmata fidei aliis me doctiori-*  
*bus tractanda relinquo. In historia nulla hæresis:*  
*multo minus in Grammatica. De pertinacia t. bi* *Reff.*  
*assentior Drusi. de qua itetum in arguento*  
*tuo ages testio. In errore autem circa fidei*  
*fundamenta, videris mihi anguem nescio*  
*quem tegere. Nam fidei fundamenta quæ ap-*

pellas? An omnia, circa quæ tanquam obiectum & materiam versatur fides? an quæ in his tantum præcipua? Si priore modo appellas, per obscurè profecto, neque satis Grammaticè Grammaticus loqueris. Quis enim omnia, ex quibus ædificium constat, fundamen-tum orum nomine nominat? Si omnia quæ seb fidem cadunt, fidei fundamenta sunt, iij qui ad spiritalis ædificij constructionem spectant parietes, ip'saq; adeo tecta, fundamen-ta vocabuntur. Si posteriore modo fundamenta vocas, non erit iudicio tuo hæreticus, qui in

*Hæreticus  
est, que  
quodcumq;  
fidei caput  
pertinaciter  
negat, sine  
magnum,  
sue parvū:  
stinus:* Quid  
ais Drusū? Vel hic ipse tuus error, si contu-maciam habeat adiunctam, hæretis est. Qui offendit in vno, factus est omnium reus. S. Augu-stinus: Qui in Ecclesia, inquit, CHRISTI mor-si quid par-bidum aliquid, prauumque (non morbida, pra-nuum.

*Jacob. a. 5.*

10.

*tib. 18. Cim.*

*c. sl.*

uaque vel præcipua) sapient, si correpti, vt sa-num, rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera, & mortifera dogmata emenda-re nolunt, sed defensare persistunt, hæretici sunt, & foras exeuntes habentur in exercentibus inimi-cis. S. Athanasius in Symbolo, quod non à Catholicis modo, sed à Lutheranis & Calui-nianis etiam, vt in illud alias probauit, recipi-tur; Quicunque, ait, vult saluus esse, ante omnia opus est, teneat CATHOLICAM fidem. Quam

nisi

*uisi quisque INTEGRAM, INVOLATAMQUE  
 seruauerit, absque dubio in aeternum peribit.* N<sup>e</sup>q<sup>ue</sup>  
 verò cum tuam in Latina, Græca, & Hebræa  
 Grammatica peritiam considero, quin po-  
 steriorem fundamentorum notionem sequa-  
 re, vllum m<sup>i</sup>hi dubium. Nam quæ aliqua in  
 re præcipua sunt, ea solent illius *capita & fun-*  
*damenta* nuncupari. siveque à nobis prima  
 Christianæ fidei *capita & articuli* appellari cō-  
 sueuerunt. Sic à Iudæis vocantur עֲמֹנָדִים  
 & עֲקָרִים, prout libell⁹ de Iudaicæ fidei fun-  
 damentis explicat. ad eo ut phrasis apud Rab-  
 binos visitata sit בְּלַל וְעַקֵּר pro vniuerso &  
*principio*, & בְּלַל וְעַקֵּר pro omni *principia re-*  
 quin verò impij & athei ab iisdem dicuntur  
 בְּפִרְזַּבְעָה, vt habet in Psalmum X I I.  
 Chaldæus Thargum, & in suo Thisbi Elias Le-  
 uita. Sed in *historia nulla heresis est.* Imo si quis *In historiq*  
 Patriarcharum, Moysis, Aaronis, Iosuæ, Da- *esse posse*  
 uidis, aliorū historias negaret: si CHRISTVM *heresis.*  
 IESVM Cæsaris Augusti tempore natum, Cy-  
 rino Præside censum, Tiberio imperante. Pi-  
 latoque Iudææ Procuratore, cruci suffixum  
 inficiaretur, hæreticus esset. In aliis verò hi-  
 storiis nonne, nostrō etiam æuo, hæretica  
 plura inferunt Carion, Funccius, Sleidanus?  
 Pergit Drusius: *Multo minus in Grammatica ha-* Pag. 22.  
*resis est.* Si Grammatica orationis tantum par-  
 tibus, nominum verborumque declinatio-  
 nibus, emendatè loquendi ac scribendi præ- E Gram-  
matica po-  
test gigni  
hæresi.  
 ceptioni-

ceptionibus, ipsis etiam Poetarum, Oratorum que interpretationibus contenta esset, ab heresí foret utique immunis. Neque enim ad heresin pertinet, an dicas aut scribas Hesaeos, Hasideos, neque an hos etiam Phariseos arbitrere. Ne metue Drusi. ob ista. & consimilia, non est quisquam hereticus: sed quando sese ad sacrarum etiam litterarum explicationem Grammatica surrigit, quidni sensum illarum deputauare, alienas opiniones inuochere, inuestigisque propugnare ac propagare possit? Et qui hoc in genere familiam

*Epist. 57. o-  
rat. de lau-  
dib. Athan.*

*Epist. de  
decor. Nic.*

*Syn. lib. de*

*Syn. Ariso.*

*& Sel.*

*D. Basili. e-  
sist. ad Dei  
ancil.*

*D. amb. 3.  
de fide.*

*Theod. l. i.  
hist. c. 12. 13.*

*In Colloq.  
Manstalg*

*fol. 47.*

*Lib. 10. Ci-  
ast c. 23.*

*Lib. 4. hist.*

*c. 17.*

ducunt modo? Nonne Grammatici Melanchthon, Beza, Castellio, similes? Ipsa vocabulorum explicatio quantas grauissimis in rebus offuderit olim tenebras, declarat apud S. Hieronymum, & Nazianzenum ἡ νόστησις, apud S. Athanasium & alios τὸ ὄμοθον: haec item per exiguae apud S. Basiliū libro contra Eunomiū particulæ, εἰς τὴν δύσην, in & per. Quid Catholica transsubstantiatio, & Lutherana, vti quidem Bezæ loqui placuit; consubstantiatio? Liberis, ait S. Augustinus, verbis loquuntur Philosophi: nec in rebus ad intelligendum difficultissimis, offenditionem religiosarum aurium pertinemscunt. Nobis autem ad certam regulam loqui fas est. S. Basilius apud Theodoretum, Qui sunt, ait, in sacris litteris educati, ne vnam quidem syllabam diuinorum dogmatum prodicent: sed pro istorum defensione, si opus sit, nullum non mor-  
tis

*tis genus libenter amplectantur. Potest igitur & in ea, quæ rerum, & in ea, quæ verborum custos est, disciplina hæresis existere.*

ALTERUM: Tantummodo ex libris meis me nō uit Serrarius. Quid in iis non orthodoxum? Aut, si quid est, quare me non admonet de eo Serrarius? Notavi sānē tuis in libris aliquando ēπερδόξα, prauaque nonnulla: ex iisque in alienis te castris extra sanctam CATHOLICAM versari, facile cognoui. Sed quia neque libellos tuos omnes vñquam habui: neq; ex iis, quos aliquando habui, ad manum iam habeo, praua illa tua recensere sola ē memoria, non conabor: & fallite potius dicam, dum ē tuis tantummodo libris mihi te notum aīs. Nam & mihi cum iis, qui te de facie norunt, sermo fuit: & ex aliorum etiam libris te noui, Bezzæ præsertim. cui præclarus iste mos, vt in suis Testamenti noui annotationibus, eos, qui ciuidem secum in erroribus opinionis laudet; cæteros siue Catholicos, siue hæreticos egregiè vituperet. Nam vt de Iesuitis, Catholicisque aliis taceam; Sebastianus, ait, Castellio nulla erat in his rebus doctrina, nulloq; iudicio prædictus. Illyricus ille Sophista infelicitas memoria non minus ineptè quam impudenter. Et alibi: Exe- n. 20. grande memoria Illyricus, Ecclesiæ pestis. Erasmū Matth. 16. verò, quia velut amphibion in religione fuis- n. 15. se animal videtur, modo quidem tollit laudibus, modo vituperationibus abiicit. Cogor, ait,

Ber. a in  
quisibus/dam  
laudādi EG  
vituperan-  
di mos.

In Matth.  
6. n. 16. Pref.  
ad Reginā  
Angl.

Hebr. 9.

- prof. oadō.** ait, quod ad ipsam locorum collationem attinet nonnullam in Erasmo maiorem attentionem desiderare. quia in re ab ipso non semel & in Gracis & in Latinis Theologis citandis peccatum fuisse animaduerti. Et: Non erat, quod Erasmus (dicam enim quod res est) aperte veritati repugnaret, vñ bunc locum (Philipp. 2. v. 6.) quo vix alius est ad tefellendas omnes aduersus CHRISTI personam hæreses illustrior, pro virili obscuraret. Rursus: Erasmi adeo varium mihi videtur in hoc (de Apocalypsi) argumento, vt in multis aliis iudicium;
- In Phil. 2.  
n. 6.** /
- Prolegim  
Apocal.**
- Matt. 3. n. 7.** vt quid statuerit non facile iudicare possis. At de 13. & 26. sectæ luæ hominibus quid? Mercerus pia memo-  
20.
- Aet. 6. n. 9.** Nostet Tremellius, & doctissimus Hebraeus E-  
& c. 13. n. 20. manuel Tremellius beata memoria. Noster Franc-
- Aet. 7. n. 2.** Iunius doctissimus vir: felicis memoria. Vadianus:
- Aet. 13. n. 30.** vir beatae memoriae, & meus superiorib. annis in hac
- Gal. 1. n. 7.** Ecclesia Collega Beroaldus: Meus Collega Bertra-  
-  
**Aet. 6. n. 7.** matus: Casaubonus meus in hac schola (Geneuensi)
- Matib. 14.  
n. 25.** collega: fidus CHRISTI seruus, & beatae memoriae D. Ambrosius Blaurerus: Magnus ille Iosephus Scali-  
ger, amicissimus meus, homo à recondita doctrina, & tum ingenij acumine, tum indefatigabilis diligentia nunquam satis laudatus. Iam arrige aures, Drusi. Catholicus es? Configet te ma-  
ledictis Beza. Lutheranus, aut alijs diuerten-  
tis à Caluino sectæ? Tutus ab eo non es. Sed Caluinianus es? O te beatum! Laudum enim tuarum præconem Bezam nactus es. Io. Drus-  
sii homo in his perscrutandis eruditus, & summe  
dilec-
- Lo. Drusius  
Caluinianus est.**

diligens. Et alibi: *Io. Drusius, sepe à me, & quidem in Matri-  
te merito in his libris appellatus.* Vides igitur quo-  
modo non ex tuis tantummodo libris te notim  
Drusi. Quid loca & scholæ in quibus vel di-  
dicisti, vel docuisti, doceſq; haec tenus? Quid  
illi, quos scriptis tuis laudas, quibus illa dedi-  
cas? Quid tuus ille de Hasideis libellus? Quid  
phrases, quibus Genebrardum Catholicum  
relicis: grauissimum Theologum Caluinum,  
Danicum, & alios (cū quibus abs te velut can-  
dida cum corujs columba iungitur Bellarmi-  
nus) nominas? Caluinianos Prædicantes, ad  
quos duplex tibi præfatio; *Theologos eximios;*  
*fidesq; CHRISTI seruos indigetas?* nonne Cal-  
uiniani mephitin pectoris indicant omnia?  
Quod verò addis, si quid est non orthodoxum,  
quare me non admonet de eo Serrarius? In prom-  
ptu causa est. Non sum ego generalis omniū  
admonitor. Ecclesia te satis admonet. Qui cā  
non audit, est sicut Ethnicus & Publicanus.

TERTIVM: Pertinacia facit hereticū, non sim-  
plex error. Nam humanum est errare. Humani au-  
tem à me nihil alienum scio. Monitus non ero perti-  
nax, nec vñquā fui. Olim professus sum, quod nunc  
iterum repeto, mea omnia subiicere iudicio Ec-  
clesie. Quoad præteritum tempus, cum, quæ  
tuæ doctrina est; Ecclesiæ vocem à Caluino,  
nouitiisq; opinionibus omnibus te auocan-  
tis nescire haec tenus non potueris, à pertinacia  
excusari qui possis, non video. Nam quod Ec-  
clesia

clesiae iudicio subiicis omnia, videris quidé bene  
 modeste q; loqui: sed cū easdem voceſ quem-  
 libet hæreticū & Lutheranū & Caluinianū,  
 & Anabaptistam, & Schyvenckfeldianum v-  
 surpare noris, eo ipso te nō Catholicum pro-  
 dis, quod nō clare ac perspicuè indicariſ, quā  
 Ecclesiā intelligeres. Licet enim reuera ea  
 tantūm una vera sit: cæteræ omnes nō CHRISTI Ecclesiæ, sed Satanæ Synagogæ ſint: at-  
 tamen quia illam ſibi veram vendicant ſectæ  
 omnes; abſque ullis verborum inuolucris &  
 ambagibus, dicendum tibi fuit, quod ego  
 pro meipſo libens volensque profiteor, me  
 mea omnia ſubiicere iudicio Ecclesiæ sanctæ, Catho-  
 licæ, Apoſtolice, ac Romanae. Quoad futurum  
 verò tempus, omnino fac Drufi, vt quod  
 verbo hic aſſeris, re präſtes: pertinax ne am-  
 plius ſis. Hodie ſi vocem eius (Dei per ſpon-  
 ſam ſuam te monetis) audieris, noli obdurare  
 Ecclesiastici cor tuum. Cor durum male habebit in nouiſimo:  
 3.6.27. & qui amat periculum, in illo peribit. Caſſianus  
 lib. 1. de In- dum ab hæreſi ad Catholicam fidem conuer-  
 car. c. 4. ſum narrat Leporium: PRIMVM, ait, eit, erro-  
 rem non incurrere: SECUNDVM: bene repudiare.  
 Et qui capitis huius initio laudatus fuit, non  
 nomine magis quam re Agatho: Si, ait, con-  
 uersus fuerit hæreticus ad veram & Catholicam  
 sanctæ Ecclesiæ fidem, ſuscipitur à bono & pio Sal-  
 uatore noſtro I E S V CHRISTO, & coniungitur  
 Deo vero Creaſori ac Saluatori noſtro CHRISTO.  
 Quod

*Loco eit.*

Quod tibi Jo. Drusī, aliiisque à Catholicæ veritatis via errantibus omnibus ex animo precor, ut sit

**GLORIA PATRI ET FILIO, ET  
SPIRITUI SANCTO: SICVT ERAT  
IN PRINCPIO, ET NUNC ET  
SEMPER, ET IN SÆCVL  
A SÆCVLOVM  
AMEN.**

**F I N I S.**



**X RERVM**

# RERVM ET VER- BORVM INDEX.

A.



<i>Aristobulus Hyrcani filius</i>	
<i>Bitalio</i> 127	<i>Rex &amp; Sacerdos, Sad-</i>
<i>Academie</i>	<i>ducaus</i> 169. <i>Vnūm</i>
	<i>Iudaorū</i> <i>annum regnatit ibid.</i>
	<i>dua</i> 126 <i>Asima Cuthaeorum idolum</i>
<i>Agapa</i> 305	147
<i>Agatho</i>	326.367 <i>Aschideas</i> 240.149
<i>Akibas</i>	129 <i>Aſſidae</i> 9
<i>Alexander Hyrcani filius</i>	<i>Aſtarita</i> 8
<i>Rex &amp; Sacerdos</i> XXVI. <i>Aſtarothite</i>	<i>ibid.</i>
<i>annis Sceptru tenuit</i> 170 <i>Aueſ</i>	11.153
<i>octingentos Pharisaos</i>	B.
<i>in crucem egit</i> 131	<i>Baalite</i> 8
<i>Alexander Magnus Sa-</i>	<i>Baanas</i> 126
<i>rizitanum templum Bagoas</i>	126
<i>Samaritis cōceſſit</i> 144 <i>Bahalite, aut Baalami-</i>	
154	te 8
<i>Aliman regio</i> 263 <i>Baietos Antigni discipu-</i>	
<i>Anan Sadduceorum ha-</i>	<i>lus</i> 127.141
<i>resin renouauit</i> 161 <i>Balsan</i> 126	
<i>Ananus junior Pontifex, Barbaria</i>	32
<i>Sadduceus</i> 170 <i>Batracholatra</i> 8	
<i>Angelici</i> 323 <i>Belite</i> 8	
<i>Antignus, vel Antigonus</i> <i>Beza reprehenditur</i> 247	
<i>Iaddæ Discipulus</i> 127	<i>laudat Caluinistas, vi-</i>
<i>Orabes</i> 264	<i>superat alios</i> 334
	<i>Cælo-</i>

I N D E X.

C. nicioſum 275.282

**C**oelicole 9.319.320 **Cornary** error 105

321 **Crista apud Dacos, hemi-**

**Caiani.** 7.11 **nes caelibus & sacri** 201

**Carcasneus Sadduceus** **Cuthai** 11.153

161

D.

**Caraim Iudei Scriptura-** **D**Elphon 129

**ry.** 9.13.148.158 **Docēdi potestatēm**

**Carthago** 32 **publicam Iudeis dabant**

**Cathedra Moysis, Matth.** **Pontifex** 77

**cap. XXIII. quid signi-** **Doctores Iudei steterint-**

**ficeret** 72.76 **ne inter docendum, an-**

**Super ea sedētes Phari-** **sederint** 72

**sei audiēdi** 96. & seq. **Dositheus Samaritanus**

**Chalcophite** 8 6.16.141.142

**Chammath** 249 **Dosithei** 7.8.12.228

**Christi Domini potestas** **corporum resurrectio-**

**n docendo, Matt. VII.** **nem fatebantur** 156

**quid** 78. **de eo tacet Drusius. vide Io. Dr.**

**Philo** 307

E.

**Christiani ab excidio Hi-** **E**Cclesiā Christi sen-

**ererosolymitano liberati** **erit surgente, ceci-**

**erant** 295 **dit sensim Moysis ca-**

**Ritus quosdam Iudei-** **thedra** 103

**cos in istio seruārūt** 309 **Efnai, vel Efneista** 7.15

**Ciconia** 236 **Essenā** 7.8.12.15.20

**Cines** 15.246 **vnde dicantur** 173. &

**Cineorū duo genera** 246 **seq. 191.271.275**

**Colare vinum** 83 **Esseni Iudei genere** 203

**Consortium malorū per-** **caelibus plerique** 205.

T 3 269.

I N D E X.

269.274	sine viatico peregrinā-
diuītarū contempto-	tur 241
res 207	non surant 240
negotiationis expertes	Tirones probant qua-
211.276	drientio 213
longauit 222	necessitatī pudēcer ad-
in aduersis fortes ibid.	mōdīm seruiunt 229
prognosta 224	mōtē magnanimē
à Pbarisais diuersi 230	obeunt 223
Christo Do. nulla in re	animos immortales
aduersati 258	credunt 223
Christianorum Reli-	Logicen negligunt 277
giosorum inchoatores	& Physicen ibi. Exhibi-
261	sen Theologiamā suā
Esseni liberum arbitrium	discunt 277
concedunt 202	in templo Hierosol. nō
inter se vehementer a-	sacrificant 229
mant 204	neque in Garizitano
à voluptate abhorrent	228
204	quidam Christum Do.
continentes 205	non receperunt 225
perturbationibūs de-	Esseni iidem, qui Aſhei
uincendis student ibi.	241. & seq.
agrotos curant maxi-	propriè Nazarei non
mē 273. & senes 274.	sunt 244
279	Rechabitafuerūt 245.
pueros ad virtutem e-	& seq.
rudiunt 207	Esseni nō fuerunt here-
adultos meliorem ad	tici 226
frugem recipiunt 207	Esseni nō à Pbarisais 231,
	sed

I N D E X.

- |  |          |   |
|--|----------|---|
| <i>sed capti</i>   | 232      | 209. <i>vestes</i> ib. 273. 286               |
| <i>Esseni fuerunt ante Py-</i>                               |          | <i>habitatio</i> 210. 278. <i>hyp-</i>        |
| <i>thagoram</i>  | 253      | <i>spiritus</i> ib. <i>religio</i> 211        |
| <i>Esseni aliqui secta rancum</i>                            |          | <i>preces</i> 212. 293. <i>tres vi-</i>       |
| 261. 271. <i>aliij etiam ge-</i>                             |          | <i>ta degeda canones</i> 278.                 |
| <i>nere</i>  | 261      | <i>labor manus</i> 214.                       |
| <i>Esseni aliij coniuges</i>                                 | 224.     | 272. 275. <i>lustrationes</i>                 |
| 269  |          | ibid. <i>prandium</i> ibi. <i>cœ-</i>         |
| <i>triennio sponsaq pro-</i>                                 |          | <i>na</i> 215. <i>frugalitas</i> 273          |
| <i>bant</i>  | 225      | 286. <i>obedientia</i> 216.                   |
| <i>Esseni canobite</i>                                       | 269, 272 | <i>paupertas</i> ib. 272. <i>mā-</i>          |
| <i>multas Indae vrbes</i>                                    |          | <i>suetudo</i> ibid. <i>libri</i> 312.        |
| <i>incolunt</i> 271. <i>extra</i>                            |          | <i>lectio</i> 272. <i>iuraiuranda</i>         |
| <i>vrbes morantur liben-</i>                                 |          | <i>secta propria XII.</i>                     |
| <i>tius</i>  | 275.     | 218. <i>delinquentiū pœ-</i>                  |
| <i>Sabbato quid agant</i>                                    |          | <i>na</i> 219. <i>Judices</i> ib. <i>erga</i> |
| 277  |          | <i>legislatorem</i> <i>venera-</i>            |
| <i>Essenis bonorum omnium</i>                                |          | <i>tio</i> 220. <i>erga seniores</i>          |
| <i>erat cōmunio</i> 208. 272.                                |          | <i>obseruantia</i> ibid. 279.                 |
| 279. <i>seruus nullus</i> ibi.                               |          | <i>decori studiū</i> ib. <i>Sab-</i>          |
| 276. 288. <i>arma nulla</i>                                  |          | <i>bati obseruatio</i> ib. 284.               |
| 276  |          | 286. <i>ordo inter ipsos</i>                  |
| <i>Essenorum laus</i>  | 275. 279 | 222. <i>silentiū</i> 215. <i>con-</i>         |
| <i>Essenorum aliij Practici,</i>                             |          | <i>tinentia cōjugalis</i> 225                 |
| <i>aliij Theoretici</i>                                      | 269      | <i>Essenarum mulierum pu-</i>                 |
| <i>Essenorum nomine quomo-</i>                               |          | <i>doy</i>                                    |
| <i>do scribendum</i> 191. & <i>Essene Virgines</i> 285. 288, |          | 225   |
| <i>seq.</i>  |          | 292. 313                                      |
| <i>Essenorum secta 4. atas</i>                               |          | <i>Essenarum mulierum pu-</i>                 |
| <i>232 vita austeras</i>                                     |          | <i>doy</i>                                    |
|  |          | 225   |
|  |          | <i>tis orbis regionibus de-</i>               |

I N D E X.

- |  |                             |                 |
|--|-----------------------------|-----------------|
| gunt   | 282.301                     | cur gestate ib. |
| Essenorum Theoreticorū Fimbriarū duplex in He- |                             |                 |
| admiranda vita ratio                           | brae nomen                  | 66              |
| 281. & seq. exercita-                          | Fimbrias magnificare,       |                 |
| tiones 283. temperan-                          | quid                        | 67              |
| tia 285. vigilia ib. ieiū-                     | Fæmina suipſt amas          | 274             |
| nia ib. sacra symposia                         | Fæmina quadam insti-        |                 |
| 287. ministrantiū ha-                          | to Essene                   | 206.225         |
| bitus 289. aqua potus                          | Fortunicole                 | 8               |
| ib. mensa pura à crue-                         | Frāc. Iunius reprobēditur   |                 |
| tis dapibus ib. spiritua-                      | 233. 298. 303. 310. 311.    |                 |
| les in mēsa epula 290.                         | veteres cōtēnit             | 324.325         |
| carminum varia ge-                             | Franci                      | 31              |
| nera 291. post cœnam                           | G.                          |                 |
| sacrum perwigiliū 292                          | <b>G</b> Amaliel Phariseus  |                 |
| Auctor   | 91                          |                 |
| Esseni Theoretici Christi-                     | Gamaliel senior             | 128             |
| ani  | 297 Gamaliel secundus       | ib.             |
| Esseni Practici aliqui,                        | Gaon, nomen dignitatis      |                 |
| Christiani                                     | 295 161.184                 |                 |
| Emathæi  | 11.153 Garizitanum templum  |                 |
| Excolare culicem, pro-                         | 11.12.76.144.154            |                 |
| uerbium, vnde                                  | 83 Gaulonite                | 11              |
| F.   | Genista                     | 7               |
| <b>F</b> ermentum Phariseo-                    | Gnoma cōplures veterum      |                 |
| rum, Matth. XVI. Pharisaorū 136. & seq.        |                             |                 |
| quid   | 86.94.97 Gortheni           | 7.12.228        |
| Fermentum in bonā pat-                         | Grāmatēis, seu Scriba       | 7               |
| tem  | 121 Grammaticus esse potest |                 |
| Fimbria Iudeorum                               | heresim                     | 351.332         |
|  | Heresis                     |                 |

## INDEX.

H.	Hessai & Hesseni, vide
<b>H</b> AERESIS vnde dicta Esseni	
2. in bonam & Hierosolymitanam Iuda-	
malam partem sumi- rum Academia 126	
turib. apud Christia- Hillel 127.128	
nosferè semper in ma- Hillelis domus apud Iu-	
lā 3. crimen graue 326 daos celebris 127	
Haretici Merista 16 Hispania 32	
Hæreticus differt ab hære- Hosij 141	
sin sequente 327	I.
Hanan Hanash 264	I Abes 247
Hasidai 14. vnde dicti S. Iacobus Apostolus,	
232. non sunt Pharisai Iustus, Effenus 252.319	
24 Iaddus filius Iosua, Iose-	
Hasidai Machabaicus tē- dech Pontificis nepos	
poribus fuerunt 238 127.161	
Hasideorū nomē quomo- Iesu, ex principibus ma-	
do scribendū 191. & seq. gna Synagoga unus 126	
Heliognosti 8 Iethroni pesteri Rechabi-	
Hemerobaptista 7.310 ta, Hessai, Hasidai 250	
Hebraic vocabula polyse- Hessai 174.176.319	
ma & media complu- Illyricus à Beza depi-	
ra 184 ctus 334	
Herodes Pharisaeos occi- Iochan, seu Ioannes Zaci-	
dit multos 133. vitios cai filius 128	
combussit aliquos ibi. Io. Drusius 17.19. repre-	
fuit Machianellista heditur 235.242.303.	
159. templum Cesari inique Serarium re-	
adificavit 186 prehendit 21. laudatus	
Herodiani 6.7.8.11.29 à Beza ibid. Galui-	
	X 4 nia-

I N D E X.	
pianus est & hereti- Iudas Galileus cus 326. & seq. Iudas Tabeai F.	127
Io. Drusij plura peccata in Iunius. suprà, Franciscus vertèdo Gorionide 35.	
fraus triplex 190	L.
Ioan. Hyrcanus 17. &c Pha- riseo Sadduceus 131.	Ebàddam vox Hebr. 164. 165. Samariam Lex Iudaicæ alia scripta, a- vrbē cuerit 162. im- perium administravit 51
XXXI. annos 168	Legem veterem Christus
Ionadab Rechabita 246	correxit 110
Jonathan Vzielis F. 128	Legi periti, Legi doctores
Iosephus, Antigni discipu- li 127	& Scribis nō distingui- tur 105
Iosephi duo, Flauius & Gorionides 25. eorum comparatio 26. & seq. Gorionidae prefertur Flauius 33. in Flauio neui nonnulli 33. com- paratur cum Philone 268	Sed à Pharisæis ib. 106 Lutherus bis particulam, tanum, S. Paulo ad- iecit 20
Iosephi Scaligeri errata 177. 310. 311. 322. 324.	Hasideos vocat dñe Frommen 241
Bezanalaus 334	M.
Iosue discipulus Iose 127	Arbonenses, vel, Marbonei 7. 16
Iudei fere Pharisei 135	Mardochæus 126
Iuda Nagid, vel, Iuda Merisei Hannasi 128	Mari lacus 310
	Masspar 126
	Meir 129. 142
	Melchiora 7. 16
	Mona-

## I N D E X

<b>M</b> onasteria Essentiorū 269.	<i>ex ordine nobili ex plebico</i>	43
283.304		
<b>M</b> unsteri error	<i>31 Pharisai non omnes mali</i>	
<b>M</b> yolatra, seu, Musorita 8	<i>91.117</i>	
<b>M</b> yolatra, seu, Muscico- <i>la</i>	<i>Pharisei fatui qui? 118 8 Pharisei palliati, pretex- tati, crepidati 134</i>	
<b>N.</b>		
<b>N</b> asarai	<i>7.13 Pharisei Astronomi 48.</i>	
<b>N</b> athinai	<i>12 animarū transmigra- tionem bonorum di- cebant 50. Seniorum traditiones valde vr- gebant 51. crebrè la- uabant manus 53. quo modo 54. cum peccā- toribus cibum non ca- piebant 55. ne tangi quidem ab iis se vole- bant ibid. ieunabant frequenter 58. orabant frequenter 59. quo a- animo erga Prophetas, &amp; S.Io.Baptistam</i>	
<b>N</b> azarei	<i>8.9.12</i>	
<b>N</b> ehardehana Iudeorum		
<b>A</b> cademia	<i>126</i>	
<b>N</b> ebemias	<i>126</i>	
<b>N</b> ergel Cuthorum Ido- lum	<i>147</i>	
<b>N</b> icodemus, Phariseus	<i>92</i>	
<b>N</b> ithai, discipulus Iose		
	<i>127</i>	
<b>N</b> omi, prefectura	<i>301</i>	
<b>O.</b>		
<b>O</b> phite	<i>7.11</i>	
<b>O</b> ffeni	<i>228</i>	
<b>P.</b>		
<b>P</b> Anias Cæsarea	<i>186</i>	
<b>S</b> .Paulus, Phariseus		
91. ritus quosdam Iu- daicos seruauit	<i>309</i>	
<b>P</b> harisei	<i>6.7.8. unde di- cti 39. &amp; seq. ex omni- tribus &amp; familia 43.</i>	
	<i>x 5 adifi-</i>	

I N D E X.

adiscabant	86	rabantur	130
Pharisei aliquis secta, offi-		Phariseis locus, in tota Is-	
cio Legisdoctores	105	raelitarum ditione	43
Phariseorum ordines se-		Phariseis omnes, afsimi-	
ptem	13	les, qui Phariseis sepe	
Phariseorum secta	4. ba-	dedunt vitiis	122
ptismata	55. & seq.	Pharisaica heresis Stoica	
vita austerior	59. su-	vicina	47
dū conuertendi Gen-		Philo Platonis similis	265
tiles	60.	Iosepho senior. 268. cū	
Phariseorū instituta man-		S. Petro collocutus 306	
la	81. bona. ib. tam	in Iudaismo pertinax	
bona quam mala ma-		mansit 306. 307. 308	
lē ab iis siebant	82	cur. Christi & Chris-	
Pharisei de filiorum ad-		tianoram nomine accu-	
uersus parentes pietate-		erit.	306
te quid?	68. de iura- Phylacteria quid sint	61.	
mentorum religione	63	nde dicta	
quid?	69 Phylacteria gestandi pra-		
Phariseorum secta per se		ceptum Iudeis nullum	
non mala	89	85	
Phariseorum dogmata Phytonissae			8
quedam heretica ma-		Planetarum, Zodiacique	
terialiter	118.	signorum XII. Hebraic-	
Phariseorum ortus, &		canomina 48. & seq.	
auctor duplex	126 Puteorita		8
Phariseorum auctoritas Pontifices Iudeorum ali-			
summa apud populum qui Sadducei	165		
129. maximè eorum, Practici Essent ante Chri-			
qui Hierosolymis mo-		sum fuerunt	294
		PRO	

I N D E X.

- P**rophetæ vocantur inter-Sabbaticus fluvius 264  
 dum Scribe 107 Sacerdotalis nobilitas, a-  
 Proselyti AEgyptiaci ad pud Iudeos præcipue  
 vitulum adorandum 44  
 Israëlitæ auctores 86 Sadducei 6.7.8  
 Proselyti quomodo redde- vnde appellati 139  
 bantur à Pharisæis ge- Sadduceine scribendum,  
 bennæ obnoxij duplo an aliter 140  
 magis quam illi 85 Sadducei solos V. Moysis  
 Pythagoras à Iudeis non libros admittunt 145  
 pauca didicit 200 quos tribus etiam literis mutilant 146  
 Pythagoras quando vixe- verba eorumdem libro-  
 rit 253 rum nonnulla peruer-  
 Pythagorei Esseni similes tunt 147. Maiorum  
 200. & seq.  
 traditionem, & scri-  
 pte legis interpreta-  
 tionem repudiant 147  
 R

- R**Aabias 126  
 Rabbanym 148  
 Rabbenu Hakkados 128  
 Rahum 126  
 Rechab 246  
 Rechabite 9.15.246  
 Religiosi apud Christia-  
 nos veri Rechabite ac  
 Esseni 265  
 Remphanite 8

S.

- S**Abatti apud Iudeos  
 immodica obser-  
 uatio 57

si, per se in honori, po-	scus, vel Essonus	104
pulo intolerabiles, du-	Sapientes Iudeorum qui	
ri & agrestes, crudeles	104	
153	Scaliger, suprà Ioseph.	
Sadducae Fatum tollunt Schamai		127
152. fuerunt vere ha-	Schamai domus apud Iu-	
retici 156. medy inter	daos celebris	127
Samaritanos & Pha-	Schemias	127
riseos	155 Schimbatheis	248
Sadducae quare Hieros-	Scribae ac Legisperiti	12
lymis tolerati	158 Scribae in scripturis dupli-	
Sadducaeorum secta.	1. ciser positi	106
quomodo enata	144. Scriba populi	107
160	Scriba Regum ib.	
Sadducaeorum aliqui ex-	Scribe aut Leuita, aut	
tant ad huc hodie	161 certè ex quacunq; tri-	
Sadoc, Antigni discipulus	bu	108
127.141.144.145. de-	Sebouai, vel Sebonemé 7.	
inde Dosithei	à 12.143.227	
Dositheo tamē differ-	Secta bona, mala	3
sit	156 Secta Iudeorum genera-	
Sadoc alias, Pharisaeus	les ac præcipue tres 4.	
Samaritani	13.16. & quidem Ma-	
heretici 153. Alexan-	chabaorum temporis	
dri Magni tempore tē-	bus 18.20. & apud	
plum erexerunt	Iosephum Gorioniden	
160	26	
Samaritani duplices	153 Semnea Essenorum	269
Sapiès latius patet, quam	283.285.304	
vel Scriba, vel Phari-	Sepharuaimite	11.153
	Sera-	

# I N D E X.

Seraias	126	Theodosius Samaritanus
Setbiani	7.11	143
Sicary	11	Theimavrbis 264
Simeon, de quo Luc. II. Theoretici Esseni Chri- fuisse videtur Phari- stanii 297		
sæus	92	Thirhathai 248
Simeon Iustus; alias Iadu Tophetita		8
dus	127.161	Traditiones Pharisaorum
Simeon Gamalielis senio- ris F.	varia	53. & seq.
128	Troglodyta	8
Simon Satachi F.	127	Tubieni 9 14
S. Sola, S. Bonifacij disci- pulus		V.
Salicola	319	Vigilie 305
Subterranei	8	Virgines Essene 285
Suchathai	8	, 288.292.313
Synagoga magne princi- pes	248	Vituli consortes, dicti Sq-
marita, & quare 154		
Synagoga Iudeorum pro- pria	126	Vrim & Thumim 166
	304	Wolphy error 245
		Z.
T Arphon	129	Amolxis Getarum
Terapeutæ	293	Deus, Pythagora
Thalmidim	105	famulus, & discipu-
Thalmudicorum impium	lus	200
de Iesu Christo men- daciūm		Zelotæ 11
Thamuzita	8	Zorobabel, Salthielus F.
	126	

F I N I S.

Errata.

## Errata corrigē sic.

Pag. 2. versu s.

10. quantulumcunq;

12. villas.

43. Mahchobathi vēsche-  
nch.

35. de qua.

ib. Efnei.

16. At tales.

24. sapientibus, hi sunt.

28. Pagnino.

ib. Præfatione.

43. ιερούδια.

45. præcipuum.

47. τινὰ &c. εἰμισθ.

61. verum Dei.

62. decalogum.

ib. integra.

64. φυλακήσεις γενον.

69. θυταιράνδα.

72. Iudeos & olim.

107. in marg. Regum.

116. Non periurabis.

122. magnificantes.

135. & 171. Apophtheg-  
mata.

136. Tseredæus.

144 in marg. Sæddæchæ-  
refis.

146. Υ, Π, Ρ.

177. ἐ τοῦ.

179. ὁ σιόνης.

192. Hessæus dicendum.

193. Et tamen.

226. alia maior.

262. ad Paulinum.

276. in marg. αὐτοῖς ποιεῖται.

285. claudit ut.

323. Angelici.



